



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annalium Paderbornensium Pars ...

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde
Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westphaliam ...

Ab Anno Christi 1228 Usque Ad Annum 1500

Schaten, Nicolas

Monasterii Westphalorum, 1775

Liber XVII. [1441 - 1463]

urn:nbn:de:hbz:466:1-7971



ANNALIUM
PADERBORNENSIIUM
LIBER XVII.

THEODORICUS
COMES MÖRSANUS
ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS
ET
PADERBORNENSIS ECCLESIAE
ADMINISTRATOR EPISCOPUS
XXXVI.

Bellum Sufatense & Monasteriense,
ac cætera a Theodorico Archiepiscopo res gestæ
per Westphaliam.

Annus Christi 1441.

Eugenii IV. Pont. 11. | Friderici III. Cæsar. 2.
Theodorici Admin. Pad. 26.



asar sub initium anni hu-
jus consequentis Comi-
tia, quæ Moguntia ind-
dixerat, magna Princi-
pum frequentia cele-
bravit. Accessere quoque Moguntiam

Eugenii Pontificis & Concilii Basileensis
Oratores; quisque Cæsarem & Princi-
pes ad suas partes trahere conatus.
Verum a Principibus superioris anni
decretum est repetitum: medios vide-
licet partium Cæsarem & Principes
K k k man-

Comitiis
Moguntia
finitis, Cæ-
sar in Aus-
triam re-
greditur,

Æneas
Sylvius
Cochlaus
Spondanus.
Nauclerus

Auctor
præcipuus
Schismatis
Theodori-
cus Archie-
p. Colon.

Ars Typo-
graphica
hoc tempo-
re vel ro-
perta, vel
expolita.

Serrari, lib.
1. Mogunt.
verum t. 37
Malingrui
lib. de art.
Typograph.

Ungariam
Bohemiam
que pacaturus.

mansuros, donec aliud in synodo generali extra Florentinum constitueretur; id quod Theodorici Colonienfis Archiepiscopi auctoritate & pertinacia in Pontificem actum est. Caesar post illa in Austriam regressus, ad turbatas res Bohemiarum & Ungariarum moderandas. Ungari enim ab excessu Alberti Regis sui Uladislauum Poloniae Regem elegere, non expectato posthumo Alberti Regis filio Uladislao; quem tamen mox alii Ungarorum, postquam in lucem editus fuit, expetere. In Bohemia simili modo pugnatum. Nam cum alii Uladislauum posthumum heredem regni dicerent; aliis immatura pueri aetas displicebat; eoque Alberto Bavariae Duci regnum deculere. Quod cum ille aspernaretur, nec heredi filio, monitus a Friderico Rege, praeripere velle; alii ipsi Friderico Romanorum Regi obtulere. Sed cum & ille se tutorem Regis filii diceret, quem nefas esset paterno regno spoliare; Bohemi subinde multum inter se discordantes in factiones abiire: ac praevalebantibus demum haereticis, Georgium Podiebratium, haereticum hominem, regni gubernatorem dixerunt; qui se postea Regem tulit, eradiusque fuit Uladislauum adolescentem veneno sustulisse. His regni utriusque curis Fridericus Romanorum Rex annum hunc consumpsit.

* al. Pogbrancius.

Erronius
in Chron.
Osnabrug.
Discordia
inter Canonicos
Osnabrugenses.

Ceteris fere provinciis circumquiescentibus, haud leviter conturbata Westphalia, ex seculo Osnabrugensium dissidio. Suscepta jam ab aliquot annis simulas erat inter Hugonem Schagenium Decanum, & Joannem Warendorpium seniore[m] ejus Collegii, ac Praepositum ad S. Joannem, quae clam etiam in factiones Canonicorum abierat. Incendit hos Decanus, homo elati & inquieti ingenii, raptis nonnullis e Clero in carceres, specie quidem violatae disciplinae Ecclesiasticae, re autem, ut ferebatur, odio Warendorpium opprimeret, traxit in partes suas e Cathedralibus Canonicis Gisbertum de Wulffstein Scholasticum, Nicolaum Bockrodium Thesaurarium, Joannem Brinckium, Hermannum Munsterum, Egbertum de Harberen, Joannem Werlenbrochium juniores, & Hartewicum Weddesehe Mellensem Archidiaconum. At longe major potiorque pars se Warendorpio adungebat, of-

fensa Decani insolentia: Joannes Vossius Archidiaconus Merfensis, Joannes Meppenensis Cantor, Joannes Kerfenbrochius Senior, Everhardus de Dickle, Conradus Bremensis Magister, Gerhardus Leidenensis Praepositus Bramefensis, Gerhardus Schuter legum doctor Decanus Bremensis, Everhardus * Laeckeren doctor sacrorum Canonum Decanus Daventriensis, Archidiaconus Frisiae & Embslandiae; quibus in acie summum postea momentum accessit urbs Osnabrugensis. Tanto igitur partium studio confusus Warendorpius, homo severa mentis publicum in urbe tribunal erigit; postulatusque in iudicium Decanus. Accusabatur rapuisse thesaurum Ecclesiae, decoxisse patrimonium sacrum, abalienasse bona Episcopi & Capituli, & quae hujusmodi erant crimina; ob quae, cum iustus adesse non compareret, damnatur reus, suspenditur a divinis, & Ecclesiae ingressu prohibetur. His ut se expediret Decanus, appellavit ad Concilium Basileense; a quo postquam faventes causa literas acceperat, contempsit ea, quae adversus se prolata erant; festoque sacrorum cinerum die, cinctus magno Canonicorum comitatu, Basilicam intrat. Warendorpius ea super re certior factus, chorum milite implet, venientemque Decanum vi aggreditur, & e choro proturbat. Oritur cruenta & foedi exempli pugna inter ipsa templi penetralia, captoque Decano, ceteri territi in fugam se vertunt; quorum alii etiam, ut vitae consulerent, se per fenestras Ecclesiae precipites dedere. Decanus in terrum & longum carcerem abripitur. Quae postquam ad Theodoricum Coloniensem Archiepiscopum Mentopolitanum eorum relata fuere, ob sacrilegum facinus, Canonicis usum sacrorum interdicunt; stetitque diu Ecclesia sacris suis orba.

Spectabat haec Ericus Episcopus, & cum muneris ipsius esset partes componere, sinebat collidi; donec ad se Canonicis profugi ex urbe venirent, & Decani partibus se adungerent. Quo exacerbatus Warendorpius cum suis, iram convertit in Episcopum, iussitque praedia Ecclesiae reddere, quae turpi pactione, ut eligeretur, dederat Capitulo. Ille contra citare Warendorpium cum suis Iburgum ad dicendam causam.

* al. Locha.
Erumpit
in cruci-
tam pa-
gnam.

Episcopi
frater Joan-
nes Hoja-
nus, dice-
celin in se-
sit, seculum
hinc est

Ipsam
etiam Epi-
scopum
Ericum in-
volvit.

causam. Recusat id Warendorpius; nec sibi integrum ait esse, ibi causam dicere, ubi omnia in gratiam Decani composita sint. Novum inde diffidium inter Episcopum & Canonicos, quod mox in mutua spolia prædiorum bonorumque erupit. Nec civium pecoribus parcitum, quæ ab Episcopi ministris, quod in factione Warendorpii essent, Iburgum abducta. Auctor in-centorque hujus prædatorii belli Joannes Hojanus Comes, frater Erici Episcopi, cui ille omnem Diocesis gubernationem in manus dederat, homo turbidi & præferocis ingenii, hic omnia pacis consilia turbare; Nobiles, Ministeriales, ac milites provinciales evocare Iburgum ad spolia civium Osnabrugensium: adjungere sibi in societatem belli Albertum Mindensem Episcopum, utriusque fratrem: fœdere præterea atrahere Duces Brunswicenses, Wilhelmum & Fridericum; quorum promissis auxiliis grandia sperare ausus Joannes Comes, & bellum urbi Osnabrugensi indicere. At nec Osnabrugentes ad hæc interriti cives armant, opem vicinarum civitatum implorant, militem exterum per diocesis Monasteriensem & Marchiam conscribunt; quibus ultro accessere Mauritius Comes Spiegelbergius, Fridericus de Hörde compluresque e nobilitate viri, bellandi cupiditate incensi. Inrevere urbis Osnabrugensis & Warendorpii vires (quibus una adversus Ericum Episcopum conspiratio erat) accessione Conradi Diepholdii Comitis, summæ ædis Præpositi. Quam dignitatem, cum Diepholdius a sede Apostolica impetrasset, Ericus Episcopus Lubertum Westphalum obtrudere contendebat; eo Diepholdius hostis Erici Episcopi, Warendorpio & urbi se conjunxit, familiæ viribus præpollens. Atque his Osnabrugenses Canonici confirmati, Ericum Episcopum Iburgum Osnabrugum vocant ad dicendam causam; ac ne tergiversandi rationem obtendat, literas severitatis addunt. Sed his spretis, Joannes Comes, diocesis gubernator, urbis vias & comitatum intercludere, armisque hostilibus Osnabrugenses divexare, prædas agere; quæ modo Iburgum, modo Wittlagium, modo Furstenavium ad munitiora diocesis castra trahebantur, ingemiscente ipso Erico Episcopo; qui audi-

tus aliquando cum lacrymis dicere: Qua ego fiducia ad Dei tribunal accedam, qui gregem populi mei ita tractari affligique patior? vir cætera bonus, sed ad regendum minus idoneus, qui omne imperium Joanni fratri, homini turbulento & arroganti permiserat. Uti hoc consequi solet, quando Episcopi consanguineis frenum regendi laxius permittunt, quam ipsi repetere possunt. Sed his exacerbati Osnabrugenses, Furstenavia castrum & Oppidum, in quo ipse tum Hojanus Diocesis turbamentum commorari compertus erat, educto ex urbe milite aggrediuntur, & expugnant. Comes Hojanus cum ex conscientia malefactorum vitæ suæ timeret, in ædes Parochi se abdidit aliquamdiu, multumque conquisitus venit in manus Osnabrugensium; a quibus Osnabrugum captivus abducitur, & in arcem carcerem turris, in quem olim Simon Comes Lippiensium conjectus erat, detruditur: loco tam angusto, ut in pedes se erigere non posset. Hæsit in eo conclusus per sex annos, non alio situ corporis, quam cubando & sedendo. Servat hodie dum turris ab ariete nomen.

Intervenit hæc turbis postremum Theodoricus Colonienſis Archiepiſcopus, Metropolitanus eorum, postulatus arbiter; auditisque coram singulorum querelis, urbem & Canonicos inter se composuit. Et quia Ericus Episcopus, a quo regendi prudentiam requirebant, ante alios accusabatur; Colonienſis Archiepiſcopus suavitè Canonicis, fratrem suum Henricum Monasteriensem Episcopum in locum Erici deligerent Administratorem suum; multa que pollicitus, facile omnes in hanc sententiam adduxit. Exauctorato igitur Hojano, Henricus Morſanus sublectus est. Quam in rem scriptum mox ad Basileenſis Concilii Patres; apud quos cum magna gratia valeret Archiepiſcopus, tam id facile a Concilio, quam a Canonicis impetravit. Quo comperto, Ericus Coloniam ad Præpositi munus, ex quo postulatus erat Episcopus, rediit, privatamque felicius, quam publicam vitam egit. Multum posthæc laboravit Ericus pro fratre redimendo. At cum neuter lytro solvendo par esset, ad Fridericum Cæsarem profectus, ex itinere a Comitibus

Intervenit
Theodoricus
Colonienſis
Archiepiſcopus,
Metropolitanus
eorum, postu-
latus arbiter;

Capitur ab
Osnabrugensibus,
& turri
includitur.

Exauctora-
tur Ericus,
& eligitur
Henricus
Morſanus
Ep. Osnabe

Incarceratur & ipse Ericus a Comitibus de Hoynstein.

de Hoynstein

Wittius de bello Susa. Tribem. in

de Hoynstein intercipitur, captivusque in castrum Laer abripitur, non prius e carcere liberatus, quam mille & quingentos florenos dependeret. Non destitit interim consanguinei Hojani causam utriusque captivi agere apud Fridericum Cæsarem; quam & ille eo sollicitius suscepit, quod ex eadem Brunswicensi familia cum Hojanis consanguinitatem traheret. Quo comperito, Osnabrugenses ad Concilium Basileense appellavere; nec Cæsaris auctoritas valuit in Hojano relaxando. Ea nimirum tum unius urbis Osnabrugensis insolentia erat, quæ contempto etiam Cæsaris mandato, Hojanum ad sex annos in vinculis retinuit. At vix dum e dicecesi Osnabrugensi emigrarat Ericus, cum ab Ordinibus evocatur Henricus Monasteriensis Episcopus; qui & nono Julii hoc anno magno omnium Principum plausu, Principi chori aræ impositus, admissusque in possessionem, Osnabrugensis Ecclesiæ gubernationem adiit. Ita vero Theodoricus Colonienfis Archiepiscopus, postquam iisdem prope artibus Ericum ab Osnabrugensi, quibus Wilhelmum antistitem nostrum a Paderbornensi Episcopatu dimoverat, regiam quandam potentiam per Westphaliam complexus est; quippe qui præter Coloniensem Archiepiscopatum, Ducatum Westphaliæ, & Paderbornensem dicecesin, viribus Henrici fratris, sibi Monasteriensis & Osnabrugensis Episcopatum conjunxerat. Profuitque hæc potentia primum Osnabrugensi dicecesi, quam Henricus Administrator, expugnato castro Gronenberg & Hunteborch in integrum restituit, impositisque præsiidiis Albertum Hojanum Osnabrugensibus hæcenus infestum tandem repressit. Fecitque deinde horum fratrum auctoritas & quatuor Principatum conjunctio, ne quis etiam vicinorum Comitum aut Principum Paderbornensem Episcopatum infestis armis ingredi tentaret. Confirmato in hunc modum dominatu per Westphaliam, Theodoricus Colonienfis Archiepiscopus majora ausus, bellum Susatense, tot Westphaliæ cladibus funestum, est aggressus. Causa belli, ut supra diximus, indictum tributum; cui se ante omnes opposuere Susatenses, obtinendo libertatem & privilegia; quod

urbem suam dicerent antiquissimam Westphaliæ & Angariæ Metropolim, quæ ab omnibus tributis & Archiepiscoporum Colonensium oneribus immunis esset. Quam libertatem ut tuerentur adversus Archiepiscopum, fœdus iniere non modo cum cæteris Ducatus Westphaliæ Oppidis, sed & cum vicinis Westphaliæ urbibus; quarum tum magna potentia erat, eademque causa libertatis agitari persuadebatur. Quæ res cum ad apertam rebellionem vergeret, indicta sunt anno 1438 publica ab Archiepiscopo comitia ordinum Ducatus Westphaliæ, in iisque illis omnis in hunc modum composita: uti Archiepiscopus eam libertatem nobilitati & Oppidis relinqueret, quam inauguratus jurarat; vicissim populus Principem suum in omnibus recognosceret. Postulatum deinde ab Archiepiscopo, ut nobilitas & Oppida repeterent sigilla a Susatensibus, quibus fœdus sanxerant. Pronus adhæc equestris ordo & Oppida Ducatus Westphaliæ; primique, qui fœderibus renunciavere, Rudenses fuerunt, quos cæteri deinde consecuti sunt. Soli ex his pertinaces obstiterunt Susatenses, qui neque ad tributum pensationem, neque ad ullam submissionem sese ab Archiepiscopo flecti patiebantur. Questus hac super re Archiepiscopus cum ordinibus, Oppida & equestris viros concitavit adversus Susatenses; & quam hi indigne tulere unicam urbem se ab imperio Archiepiscopi & communi onere exemptam velle, tam proni conspiravere cum Archiepiscopo. Ac priusquam ad arma res procederet, primum monitis salutaribus tentati sunt, permittumque, ut tributa ipsi in sua curia colligerent, ac tertiam ex his partem sibi retinerent. Id cum recusarent cives, res minis agi cœpit; missusque Walramus Archiepiscopi frater cum Lothario Quadro & armata nobilitate, qui hostilia urbi Susatensi denunciaret. Sed & ad illa interriti Susatenses, responderunt, malle se extrema subire, quam jacturam suæ libertatis facere. Quapropter Archiepiscopus hoc anno cum instructo exercitu Rhenum transgressus, Susatensi urbi sese circumfudit, agros & villas eorum depopulando. Cives ubi demessa segere per territorium suum omnia evastari, ac militi in spolia dari con-

Chron. Spanheim. Chron. Trev. man. Chr. Colon. Chron. Mas. nass. Gelen. l. 2. c. 2. In vita S. Engelb. Paderit. in Chron. Lip. piens. Theodoricus bellum Susatense inchoat: ejus belli causa.

Fridericus Romanorum Rex a Theodorico Archiep. Colon. Aquisgran. coronatur. Tribem. i. Chron. Spanheim. Chron. M. Belgit. Chr. Colon. Brover. 19 Annal. Trevir. Cyprianus. in Fridr.

conspexere; Consulem Rojum emittunt ad Archiepiscopum; qui cum nihil præter inania verba deferret ex urbe, hæsit per ætatem Archiepiscopus circa urbem. Advenere interim a Metropolitano Canonicorum Collegio missi, qui ad tractationem pacis rem deduxere. Ea deinde in urbe Colonienfis instituta est, sed tanta partium contumacia, ut nec Canonici cum Archiepiscopo, nec Sufarentes quicquam de jure suo remitti vellent; ausi etiam Sufarentes palam renunciare Metropolitano Collegio, nisi integram sibi libertatem relinquerent, fore ut brevi

urbs a Dicecesi avulsa in alterius Domini potestatem veniret; jam enim cum Adolpho Duce Clivenfi pacti, Tutorem eum delegerant, cui & se & urbem dedere machinabantur.

Non hæc latebant Archiepiscopum. Et ille, ne temere se præcipitaret in bellum, commissus cum insolenti urbe & potenti Cliviæ Duce, omnem controversiæ causam ad Fridericum Regem detulit, in ejus judicio accensa, per biennium exinde tantam sub cineribus hæsit.

Annus Christi 1442.

Eugenii IV. Pont. 12. Friderici III. Cæsar. 3.

Theodorici Administ. Pad. 27.

Anno tandem postero Fridericus Rex designatus ad coronam accipiendam, Rheni provincias peragravit; lustratisque Imperii urbibus, magno Principum & procerum comitatu, secundo Rheno Bonnam devectus, magnificentissime a Theodorico Archiepiscopo excipitur. Ea ex urbe terrestri itinere Aquisgranum deducitur, confluyente totius Rheni inferioris & Westphaliæ nobilitate. Accessit & Jacobus Trevirensis Archiepiscopus cum ingenti procerum turba. Aderat etiam Ludovicus S. Cæciliæ Cardinalis, a Concilio Basileensi missus Legatus; quem Leodientis Episcopus ex urbe ejecit, quod ob Schisma Concilii celebritati huic præsentem ferre nollet. Igitur dum extra muros urbis, Colonienfis Archiepiscopi adventum præstolatur, turbas hasce composuit Colonienfis, magnus Concilii patronus, eoque Eugenio Pontifici hæcenus invisus. Apparatis Aquisgrani omnibus ad coronationem Regis, Theodoricus Archiepiscopus solemne Missæ sacrificium exorsus, litataque hostia sacra, in circumfusâ fulgentissimorum Principum & procerum corona Fridericum diademate, scepro, & regali purpura XVII Junii exornavit. Tertius hic, quem post Sigismundum & Albertum Theodoricus Romanorum Regem Aquisgrani inunxit.

Peracta consecratione, Fridericus a Theodorico & Jacobo Trevirensi Archiepiscopis splendido cæterorum

Episcoporum ac Principum comitatu Coloniam deductus, festoque D. Albani die magna gratulatione Agrippinensium civium est exceptus. Ea in urbe, postquam a Magistratu Sacramentum fidei acceptum, multa pro tranquillitate vicinarum provinciarum cum primisque Westphaliæ, ordinavit. Nec tamen a Sufarentibus impetratum, ut in concordiam cum suo Archiepiscopo venirent, pertinaciam eorum inflammante Clivenfium Duce, quocum rebellionem suam confirmare laborabant, & omni se Archiepiscopi ac Principis sui jurisdictione eximere. Agrippina Rex Francofurtum ascendit, ad Principum, quæ indixerat comitia, quo & Nicolaus Panormitanus Abbas ac Cardinalis a Concilio Basileensi missus Legatus accessit. Eo in congressu Principum Jacobus Trevirensis Archiepiscopus, multique Germaniæ & Saxoniam Præsules ac Principes regalibus donat. Multa præterea a Rege de monetis, & prisca Cæsarum legibus renovata præscriptaque. Demum & Caroli IV diploma, quod auream bullam vocant, ad Imperii tranquillitatem instauratum est.

His magna Principum concordia transactis, Cæsar secundum Rheni Mœnium ripam Francofurtum ascendit ad comitia, quæ Principum congressu celeberrima fuere. In his publico decreto sancitum, mediis inter Eugenium & Felicem partibus standum; dum aliud in aliis comitiis statueretur, animadvert-

Comitia Francofurtensia, acta in hoc concilio.

Fridericus Romanorum Rex a Theodorico Archiepiscopo Colon. Aquisgrani coronatur. Tribem. in Chron. Spanheim. Chron. M. Belgii. Chr. Colon. Brover. l. 19 Annal. Trevir. Cyprian. in Fridr.

madvertendumque in eos, qui privata auctoritate bella gererent, aut rapinis grassarentur. Delata præterea haud leves querelæ adversus præfides iudicesque occulti per Westphaliam iudicii, quod per id tempus in multis adhuc veterem obtinuisse vigorem satis hæc acta comitiorum commonstrant; sancitumque Cæsaris & Principum sententia, procedendum in hoc iudicio secundum Caroli M. Leges, ac secundum ea, quæ iussu Sigismundi Imperatoris recens Theodoricus Colonensis Archiepiscopus præscripsisset: deligendosque ad id esse viros probitate, prudentia, & legum pericia claros; non infames, perjuros, illegitimo toro natos, aut servitute obnoxios: ac nulum in id iudicium vocandum, nisi qui manifesti criminis compertus fuerit, aut aliter comprehendi non possit; secus si agerent. Vigraviatus dignitate officiisque exuendos esse.

Cæsar inde Argentoratum & Bifacum delatus, iter in Austriam repetiit. Consilium optimo Cæsari erat, Italiam intrare, & pro majorum ritu augustale Imperii decus cum regio nomine conjungere; verum ob Schisma, quod inter Eugenium Pontificem & Felicem intervenerat coronationem illam differri consultius habuit, quæ post a Nicolao V. Pontifice, ut referemus, magna celebritate peracta est.

Chron. Marburg. MS. Diœcesis Paderbornensis, per absentiam Administratoris sui prædonum incurfionibus exponitur.

Illustrata tum quidem egit Theodoricus Archiepiscopus Administrator noster; sed sua absentia Paderbornensem diœcesin vicinorum prædis expositam reliquit. Felto enim Gorgonii Martyris Dux Grubenhagenensis, Comes Spiegelbergius, & Conradus de Alten eques cum trecentorum equitum globo irruptionem fecere in Diœcesin;

nihilque veriti Cæsaris & Principum ad Rhenum præsentiam, omne, quod se ad Borgentricam obtulit, pecus trans Visurgim abduxere. Quo comperto, Brakelenses, Warburgenses, Borgentricenses, Peckelshemenfes, & ex vicinis Oppidis incolæ conglobati hostes insequuntur. Junxere se iis ex equestri nobilitate Henricus Spiegelius, Joannes Valckenbergius, Hartmannus de Judæis cum duobus filiis; transitoque Visurgi, noctu Ducem cum prædonum turba in saltu Solingano obruunt. Captus Comes Sternebergius, & cum eo magna nobilium Brunsvicensium pars; quos Warburgum abductos ingenti lytro capita redimere iussere.

Fœdam hanc suorum cladem ab Oppidanis Paderbornensibus acceptam ulturus Wilhelmus Klenckius, Brunsvicensis nobilis, cum agmine octingentorum equitum in diœcesin involat. Ea irruptio, quia in civium Paderbornensium agris parata erat, monitique super hæc essent cives, ex insidiis excipere Klenckium, & cum turpi clade rejecere. Non his quievit Klenckius; alteram quadringentorum & quinquaginta equitum irruptionem facit in Warburgensem agrum. Nec segniore Warburgenses homini occurrunt, cæduntque. Ex horum, uti & aliorum, quos in saltu Solingano victos tenebant, lytro in unum congesto, Warburgenses omnia urbis debita exsolverunt, & turrim, quam Saxoncam dixere perpetuæ ignominie monumentum extruxere. Ita stolidi illa prædonum capita identidem retusa. Quid non facturi Paderbornenses, inter quos tot milites quot cives & Oppidani, si Principem suum & belli Ducem præsto habuissent.

Warburgenses Klenckium agros irruunt.

Hymericus De amas sanctis lib. Supra Leges Telem. Salaresites Ducem Civie ad suas partes trahunt.

Danava de bello Sufat Trithemius in chron. Writus de bello Sufat. Erwin. in chron. Cjma brig. Chron. Tro men. Chr. Colon Paderbornis in chron. Lippens. Gien. l. 2 c. 2. in vita Engelb. Stangefal. Teobemac. p. 2. Continuatio discordie & bel inter Archiepiscopum & Sufatum.

Annus Christi 1443.

Eugenii IV. Pont. 13. Friderici III. Cæsar. 4.
Theodorici Administ. Pad. 28.

Bonfin. Aeneas Sylvius in Europ. Naucerus Christiani foedifragi a Turcis caeduntur.

Annus dehinc quadragesimus tertius Germaniæ quietior successit per Friderici Regis auspicia; quo & alterna fortuna pugnatum adversus Amurathem Turcarum Imperatorem; duo enim per id tempus fulmina belli Christiani, Joannes Huniades supremus Hungariæ præfectus, & Schanderbe-

gus Epirotarum Princeps, tot secundis præliis & cladibus afflixere Amurathem, ut pacem in decem annos pacifici necesse habuerit. Quam cum postea improbaret Julianus Cardinalis, persuaderetque, Ladislao Poloniæ & Ungariæ Regi, fidem Turcis sine Pontificis auctoritate datam abrumpendam esse:

esse: resumptis anno proximo armis, pugnatum ad Varnam: at sane infelici successu; eo enim in praelio cum Vladislao ipse Rex, tum Julianus Cardinalis repente occubere.

Hymericus
Ducatus
Saxonicus
lib. Saporo
Legiti
Tschiem
Sufatenis
Ducem
Civie ad
sua partes
trahunt.

Sollicitatum & hoc anno bellum Sufatense: quod tamen intra prava consilia harebat. Quippe Sufatenses exacerbati in Coloniensem Archiepiscopum non destiterunt Adolphum Cliviam Ducem & Marchiam Comitem exorare, ut armatum urbis suae patrocinium susceperet. Quam in rem alios post alios misere Legatos, qui provoluti etiam ad pedes Ducis, tandem ad arma flexere; quod jam senio gravis Joannem filium in subsidium hujus belli gerendi e Burgundia domum revocarat. Erat

Annus Christi 1444.

Eugenii IV. Pont. 14.

Theodorici Admin. Pad. 29.

Anno dehinc proximo celeberrima comitia Norimbergae a Caesare habita. Ad qua accesserunt Theodoricus Moguntinus, Jacobus Trevirensis, Saxo & Brandenburgicus Electores, cum magno Principum numero. Multa de tranquillitate Imperii, & pace Ecclesiae, per Schisma turbatae, consilia; sed qua, ut intra Germanos consuevit, majori pompa quam successu rerum agitata. Colonienfis quo minus accederet, impedit bellum Sufatense, eaque flamma hoc anno erupit. Omnia prius tentabat Archiepiscopus, quo, aut cives ad obsequium, aut si minus, ad aequas pacis condiciones componeret. Appellatum jam erat ad Fridericum Regem. Is vero quia Ducem Lawenburgicum arbitrum constituerat, convenire ad Albim partium legati; sed qua Sufatensium erat pertinacia, nihil istic confectum est; quod Sufatenses ad Eugenium Pontificem, quem Archiepiscopo adversantem sciebant, appellarent. Contra Archiepiscopus rem prius in Imperio decidi urgebat; idcirco tanto aequius poscebat, quod Sufatenses se ob omni jurisdictione Archiepiscopi liberos proclamarent, qui uni Caesari tantum parerent. At quam inquam hic causam agerent Sufatenses, satis constabat, quod Sufatum esset patrium Ecclesiae Colonienfis, a Dagoberto Francorum Rege antiquitus Cu-

Danavus ad
bello Sufat.
Tribemius
in thron.
Wittus de
bello Sufat.
Ertwin, in
thron, Ojnas
brag.
Coren, Tre
mon.
Chr. Colon.
Padericus
in thron.
Lippens.
Gelen, l. 2.
e. 2. in vita
Engels.
Stangefel.
Tschiamach
p. 2.
Continuan
tio discor
dia & belli
inter Ar
chiepisco
pum, &
Sufatum.

is juvenis xxv annorum, Maria Ducis Burgundiae filia natus, eoque in aula Burgundica a primis annis educatus, & omnibus equestribus tyrocinis exercitus, Princeps bellicae gloriae cupidus, atque ipsa juventute animosus. Hunc recenti connubio cum Navarri Regis filia conjunctum, nec minus conlanguineorum potentia, quam popularium studio inflatum, Adolphus pater Theodorico Archiepiscopo armorum suorum Ducem objecit; magnum etiam belli lucrum reportaturus, si Sufatum in meditullio Marchiae, Angariae, & Westphaliae metropolim provincis suis adjiceret, & Morlanum, a quo hactenus tot bellis agitato deprelusque erat, aliquando ulcisci liceret.

Nec legio
manna
Corporis Christi
Stekum
Bromum
um in
na
na

Friderici III. Caesar. 5.

niberto Archiepiscopo datum, ac deinde cum Ducatu Westphaliae, Friderici I. Imperatoris dono & potestate, cessisset Colonienfi Archiepiscopo. Igitur ad vetera Ecclesiae suae jura defendenda Ordines Hovestadium convocavit, quo & frater Henricus Monasterienfis Episcopus, & Comes Teclenburgicus cum Ritbergenfi Comite accesserunt. Ibi in publico ordinum congressu decretum, teneri Sufatenses ad decimum nummum suo Principi pendendum, haud secus quam caetera urbium ducatus Westphaliae obsequia; id si recusarent, nec Magistratum, nec civile iudicium deinceps habituros: ac dignos esse, in quos Archiepiscopus poenis animadverteret. Quae postquam Sufatensibus perscripta, & in senatu perlecta fuere, incredibile, qua populi concitatio consecuta sit: tum illi palam tumultuari, vulgare passim literas ad vicinas civitates, quibus de oppressa libertate, & Archiepiscopi injuriis querebantur: mittere Legatos ad Ducem Clivensem, qui auxilia sollicitarent, & Ducis filium invitarent in urbem, cui fidem jurarent. Quibus cognitis, mittit Archiepiscopus Walramum fratrem ad Clivensem, hortando, rogandoque ne se rebellium suorum armis miscere velit. Simul missi Legati in urbem, qui ex aequo bonoque tractarent. Oblati etiam duo ex eque-

For Ch
votio
qui
Sufatenses
open Du
cis Clivensis
implorent.

ftri

stri ordine, totidemque e Clero & Oppidis, qui in illorum potestate forent, donec lis omnis componeretur. At postquam Susatenses certiores facti de patrocinio Clivensis, omnem pacis tractationem abrumpunt; idemque cum intelligeret Archiepiscopus ex Walramo fratre, ex aula Ducis reverso; omnia Susatensibus, quæ postulare fas esset, ultro indulget, modo a federe cum Clivensi resiliat. Hic cives multo insolentiores, & tanquam ex triumpho causam suam agere. Quæ res permovit Archiepiscopum, ut & ipse arma expediret, omnesque ad urbem aditus intercludendos mandaret.

Nec segnior Clivensis post festum Corporis Christi præmittit Joannem Steckium, virum consilio manuque promptum, cum turma octoginta equitum in urbem; quem in pervigilio Joannis Baptista Joannes Dux, bellicosus juvenis, bis mille & quadringentis armatis viris, & magna parte nobilitatis infecurus, urbem intrat. Cui altero die curiam ingresso Magistratus, & cives solemni ritu magnoque plausu juramentum fidei dixere. Non perinde Clerus, qui in fide Archiepiscopi manebat, sat gnarus, qua religione suo Archiepiscopo devinctus esset; ideoque Decanus Collegii Albertus Milichusius, equestris ordinis, cum Dux accepto juramento basilicam S. Patroci ingredi pararet, ausus fores occludere, quæ res novum tumultum concivit inter Clerum & cives; & quia Archiepiscopus urbi Susatensi usum sacrorum interdixerat, plerique e clero sponte urbe emigrarunt. Huic malo ut occurreret Dux Clivensis, Eugenii Pontificis opem imploravit; scripsitque ad Pontificem literis impetravit diploma, quo omnia Canonicorum Collegia, religionum Cœnobia, locaque sacrorum per universas Ducis provincias a jurisdictione sacra Colonienfis Archiepiscopi exsolverentur. Qua pœna etiam Monasteriensis diœcesis comprehensa; Quod Henricus Monasteriensium Episcopus haud secus quam frater ejus Colonienfis Archiepiscopus Felicem Pseudopontificem coleret. Juvabit nunc ipsum Pontificis diploma recitare.

Eugenius servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Trajectensi sa-

lutem & Apostolicam benedictionem. Pastoralis officii desuper nobis divina providentia commissi debitum postulat & requirit, ut contra nostrorum & Romanæ Ecclesiæ rebellium temeritatem, eorum, qui in nostra & sedis Apostolicæ obedientia, devotione & fide firmi & immobiles permanserunt, statui, quieti, & animarum saluti salubriter consulamus. Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum, nobilium virorum, & Adolphi Ducis Clivensis & Joannis ejus primogeniti petitio continebat, quod cum tam seculares quam Ecclesiasticæ personæ, nec non Collegia, Capitula, & Monasteria, Ecclesiæ, & alia loca Ecclesiastica in suis dominiis & terris in Colonienfi & Monasterienfi diœcesi consistant, pro eo quod Archiepiscopus Colonienfis nobis & Sedi Apostolicæ rebellis & inobediens existit, & iniquitatis filius Henricus, qui se gerit pro Episcopo Monasterienfi, damnationis filio Amadeo, olim Sabaudia Duci, qui se Felicem V. nominare ausu sacrilego præsumit, etiam post & contra processus Apostolicos & adherentes fautores & sequaces per nos factos adherere præsumit, plurima in spiritualibus & temporalibus detrimenta percipiant, & animarum pericula incurrant, cum hæreticis & Schismaticis nobis rebellibus jure ordinario sint subjecti, pro parte dilectorum Ducis, & primogeniti nobis humiliter fuit supplicatum, ut eorum & subditorum statui & saluti providere misericorditer dignaremur. Nos igitur, quibus pascendi oves Christi divinitus est tributa potestas, volentes, ne in perditionis barathrum animæ fidelium perducantur; sed potius ab hæreticorum contagione retrahantur, & ne illorum labe corda christicolarum possit inficere, debito remedio providere, omnes & singulas personas, Collegia, Capitula, Monasteria, Ecclesias, & loca quælibet Ecclesiastica, dominia, terras, & alia supradicta, donec aliud super hoc duxerimus disponendum, ab omni jurisdictione, potestate, & superioritate spirituali Colonienfis Archiepiscopi & Monasteriensis Episcopi eximentes & liberantes, unum Episcopum & titularum, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentem, qui in dictis dominiis, locis & terris, quæ dicti Dux, & primogenitus in præfatis Colonienfi & Monasterienfi diœcesibus ad præsens obtinent, & in futurum

Dux Clivensis a Pontifice impetrat exemptionem locorum sui Ducatus a jurisdictione Archiep. Colon.

turum quilibet obtinebit, Clericum ordinare, & ad omnes ordines Ecclesiasticos et presbyteratus promovere, christina et oleum sacrum conficere, et omnia alia et singula pontificalia jura omnemque spiritualem, quam Archiepiscopus Coloniensis et Episcopus Monasteriensis inibi pro tempore habere et exercere consueverunt de consuetudine vel de jure, tam in visitando, corrigendo et reformando, quam alia necessaria pro bono regimine Cleri illarum partium faciendos exercere valeat: nec non contra omnes et singulas personas seculares et Ecclesiasticas cujuscunque status, ordinis, et religionis, ac conditionis fuerint: Monasteria quoque, Prioratus, Collegia, universitates, quoruncunque ordinum, etiam mendicantium, quae Schismatis labe infecta essent, aut praesato Amadeo quomodolibet adhaerent, seu facerent, & contra omnes & singulos non obediens & rebelles nobis inquirere, & procedere, illosque per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, omni appellatione postposita, ac coercionem realem & personalem, beneficiorumque quorumlibet suorum, etiam si Monasteria, Prioratus, & dignitates conventuales, & personatus & officia fuerint, privare, & realiter amovere possit, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio archiepiscopi secularis. Nec non excommunicationis, & interdicti, aliasque omnes & singulas literas, quoruncunque tenorem fuerint, per ipsos Archiepiscopum, Henricum, & Decanum S. Cumberti Coloniensem, & quoscunque alios, quacunque etiam auctoritate fungentes, in personas, Monasteria, Prioratus, Collegia dignitates, Ecclesias, & Ecclesiastica loca; quaecunque praesata, latae & promulgatae, & in posterum faciendas auctoritate nostra renovare, tollere & annullare queat ac cum ipsis personis, quae sic excommunicatae, seu irregularitatis maculam incurrisse putarent, super hujusmodi irregularitate dispensare, & eas rehabilitare, & in pristinum statum reponere valeat, deputandi, ac eum amovendi, ac alium loco sui reponendi, dum per praesatos Ducem & primogenitum requisita fuerint, auctoritate praesata tenore praesentium concedimus facultatem. Volentes similiter, & sibi tenore praesentium concedentes, ut omnia & singula dignitates, personatus, administrationes & officia, Monasteria,

Prioratus, caeteraque beneficia Ecclesiastica, quaecunque in dictis terris, dominiis & locis nunc vacantia, & imposterum, sive per privationes hujusmodi, seu alias quomodolibet vacatura, quaecunque, quacunque, & cujuscunque valoris fuerint, quae in turno, seu mense ordinariorum vacare contigerint, dummodo non sint Sedi Apostolicae reservata, personis idoneis sive per praesatos Ducem & primogenitum nominandi auctoritate praesata conferre, & de illis providere, ac personas, quibus hujusmodi beneficia contulerit, in corporalem possessionem ipsorum beneficiorum inducere, & de eorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi facere libere & licite valeat, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac synodalibus et provincialibus, conciliis, statutisque Ecclesiarum, et Monasteriorum praedictorum, in quibus hujusmodi beneficia forsitan fuerint, juramenta quoque per personas ipsas praesatis Archiepiscopo, et Henrico haecenus forsitan praesita, quae non adhuc relaxata sunt, nullius esse decernimus valoris ac momenti, contrariis non obstantibus quibuscunque. Datae Romae apud S. Petrum. Anno 1444, 17. Calend. Pontificatus nostri anno 14.

Atque id diploma transmissum Rudolpho Diepholtio Ultrajectensi Episcopo, cujus vicariae jurisdictioni Pontifex omnia utriusque Episcopi loca subjecit. Hic enim Episcopus cum Duce Cliviae & Geldriae Eugenii Pontificis partes in Germania sectabatur; simulque bellicolus Princeps sociale belli foedus adversus Coloniensem Archiepiscopum cum Clivensi conjunxerat; multum haecenus offensus Coloniensi ob Walramum fratrem, quem bis simul amulum objecerat in Ultrajectensi Episcopatu, temel post Friderici, iterum post Suederi Episcopi mortem. Nec minus indigne ferebat Diepholtius dominatum Morsanorum ad Rhenum & per Westphalam. Quare & praeter Ducem Burgundiae arma sua conjunxit cum Joanne Cliviae Duce.

Accessit & per id tempus, quo haec agitabantur, Bernardus Comes Lippensis ad Ducis Cliviae partes, magnum hujus socialis belli momentum, LII tur-

Bernardus
Comes Lippensis
ad partes Ducis
Cliviae

sis & Sufatenfium ac cedit, mediamque Lipftadii partem vendit,

turbamentumque Westphaliae. Is enim fefto Apoftolorum Petri & Pauli Lipftadium ingreffus, renovatoque fidei juramento, cives in foedus cum Sufatenfibus & Duce Clivenfi attraxit; & quo fe arctius Duci Clivenfi devinceret, juvenili bellandi ardore abreptus, mediam urbis Lipftadii partem, quam haftenus a Comite pignoris loco tenebat Dux Clivenfis, 8000 marcis argenti Duci vendidit. Ita vero toto Lipftadio potius Clivenfis, qui jam alteram partem Oppidi, ab Engelberto Coloniensi Archiepifcopo oppignoratam avo fuo, tenebat; ut ad annum 1366 diximus. Id juvenis confilium, ad quod a fuis inductus erat, improbatum ab aliis; tum quod avitam majorum fedem abalienaret a familia; tum quod bellum fufciperet contra confanguineum Archiepifcopum; quippe cujus parens Morsani Comitis filia natus erat. Sed his neglectis, foedus cum Clivenfi iniiit; cui fubfcribere Conradus Steckius, quem & Lipftadii gubernatorem reliquit, Goswinus Kettererus, Lubertus Torckius, Clamor Bufchius, Theodoricus Mallinckrotius, Bartholomaeus Lakius, Joannes Mollenbeckius, Joannes Borchius, Conradus Exteren, partim Satrapae & Confiliarii, partim ex equeftri ordine viri. His peractis confirmatisque, Joannes Dux Clivenfis ad patrem fe Clivos revulit, inftitutus exercitum, quo Archiepifcopo occurreret; & Comes Lippienfis Blombergam regressus in comitatum, ad societatem belli adduxit Simonem fratrem, quem post Theodoricum Administratorem Paderborna habuit Epifcopum, Comitem Schawenburgicum, Comitem Hojanum, caeterosque Westphaliae proceres.

Plures Westphaliae Urbes & Nobiles in foeciale cum Urbe Sufatenfi bellum committunt.

Invitatae post illa ad foeciale bellum civitates. Ex his adjungere sese Monasterium, Osnabrugum, Paderborna, Hervordia, Lemgovia, aliaeque Westphaliae nobiliora Oppida; tanquam ad communis libertatis signum evocarentur. Sola Tremonia excepta, quae ex pacto foedere partes Archiepifcopi fecuta. Ulro praeterea se Adolpho Duci Clivenfi obtulere in societatem belli ex vicinis proceribus Joannes Comes Schawenburgicus, Conradus & Joannes Steckius, Clamor Bufchius, Lubertus Torckius, Goswinus Kettele-

rus, Otto Wilichius, Elbertus & Joannes Alpen, Theodoricus Mallin-grotius; interque hos Goswinus de Schawenburg, gente Bohemus, acer miles, multumque post Archiepifcopo ex Sufatenfi urbe infestus.

Ad hunc converfum hostilemque rerum statum Theodoricus Archiepifcopus ad arma sollicitatus, Ducatus Westphaliae nobilitatem militemque vasallorum collegit; quos inter, praeter foederatos, Wilhelmum Saxonicum Ducem, Albertum Mindensem, Bernardum Hildesimensem, & Henricum fratrem Monasteriensem Epifcopum, accessere Joannes & Philippus Nassovii, Gerhardus Seinius, Joannes Sigenhagius, Walramus Waldecensis, Reinerus Hanavius, Conradus Ritbergius, Henricus & Mauricius Pyrmontani, Henricus Spiegelbergius Comites; praeterea Dynasta Reinerus Westerbergius, Bernardus Buranus, Joannes & Henricus Ghemensis, plerique vasalli, & clientelari fide Coloniensi Ecclesiae obstricti; quibus & oppida Ducatus Westphaliae se junxere. Horum copiis auxiliariis confirmatus, in Sufatensem agrum movet, omnes circum fegetes villasque depopulando. Rumor inde allatus, qui non vanus fuit, Clivensem adventare ab Rheno. Quo comperto, Werlas se ad vicinum Oppidum & castrum retrahit Archiepifcopus. Nec multo post Clivenfis cum agmine trium millium & quingentorum equitum advolat. Cui Sufatenfes obviam progressi, exusto pago Burichio, in urbem introducunt; iisque copiis aucti, vastato Werlensium agro, in Ducatum Westphaliae irrumpunt, flamma ferroque ad Saltum usque Arnsbergensem grassando. Quibus irritati Werlenses, in Marchiam praedando vastandoque excurrunt; ita annus inter alternas clades & depraedationes absumptus.

Diffidebat interea Archiepifcopus adhuc cum Paderbornensi Collegio Canonorum, & ordinibus totius dicecesis, ex tentata conjunctione Epifcopatus cum Coloniensi Metropoli; cumque satis intelligeret Archiepifcopus, quantum sibi hoc conturbato statu in utramque partem accessurum esset, si Paderbornenses aut hostes aut amicos haberet;

Confederati Archiep. Colon.

Depopulationes urinae que agros rum.

Theodoricus remittit Paderbornensibus omne jus, quod Pontifice sibi datum obtendebat conjugendi Pader-

bornensium Ecclesiam cum Coloniensi.

Archiepifcopus Colon. Comitem M. canum adungi & castra Fredebergam & steintur expug-

bornensem
Ecclesiam
cum Colo-
nensi.

haberet; ideo consultum habuit prius cum Paderbornensibus redire in gratiam, & omne jus, quod a Pontifice sibi datum obtendebat, ultro remittere. Quod convocatis ex utroque Collegio, Metropolitanano suo & Paderbornensi, Canonicis, hisce literis præstitit.

Nos Theodoricus Dei gratia sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Italianam Archicancellarius, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Diœceſis Paderbornenſis dominus & Administrator, Notum facimus præſentibus literis, & publice teſtamur; Quandoquidem antehac Eccleſiam & diœceſin Paderbornenſem Eccleſiæ & diœceſi noſtræ Colonienſi perpetuis temporibus uniri, & per felicis recordationis Martinum hujus nominis quintum Pontificem maximum incorporari fecimus. Quod nos unionem hanc & incorporationem perpetuam præſentium vigore literarum abolitam declavemus; quodque omne jus ex hujusmodi unione & incorporatione dictæ Eccleſiæ Colonienſi Nobis, aut Succelloribus noſtris quomodolibet acquiſitum prorſus abdicemus in perpetuum, cum pleno conſenſu ac voluntate Præpoſiti, Decani, ac totius Capituli Eccleſiæ noſtræ Colonienſis. Proteſtamur etiam, quod deinceps toto vitæ noſtræ tempore nos geremus, ſcribemus, & appellabimus Dominum & Administratorem Eccleſiæ & diœceſis Paderbornenſis, quemadmodum felicis memoriæ Joannes ejus nominis vigesimus tertius Papa dictam Eccleſiam Paderbornenſem ſub titulo Adminiſtratoris nobis olim contulit & commiſit. Juramenta quoque ſuper hac adminiſtratione a nobis hinc inde præſtita & accepta, promiſſiones etiam litteræque datæ & acceptæ in tali robore & valore remanebunt, ac ſi unio hæc & incor-

poratio nunquam quaſita fuiſſet vel impetrata. In quorum omnium fidem ac teſtimonium pro nobis, Eccleſiis, ac Succelloribus noſtris ſigillum noſtrum hiſce literis appendi curavimus. Et quia prædicta abolitio ac renunciatio cum præſcitu & pleno conſenſu noſtrorum, Præpoſiti, Decani, ac totius Capituli Eccleſiæ Colonienſis facta eſt; idcirco, in argumentum veritatis, præſtitique a nobis conſenſus, ſigillum Capituli noſtri, dictum ad cauſas, præſentibus literis apponi juſſimus. Datis anno poſt Chriſtum natum milleſimo, quadringenteſimo, quadageſimo quarto, feria tertia proxima poſt feſtum Viſitationis B. Virginis Mariæ.

Ad hunc modum gravis illa controverſia inter Archiepiſcopum & Paderbornenſes ſublata quievit: ſanavitque vulnus hoc belli imminentis neceſſitas, quod nulla hætenus medica manu curari potuit. Redintegrata amicitia, ſtereſcere ordines diœceſis noſtræ cum Archiepiſcopo; urbs vero Paderbornenſis diverſo auxilio fecit cum Suſatenſibus; quemadmodum Monafterium & Oſhabrugum diverſis ab Epico ſuo conſiliis armisque patrocini-um Suſatenſium ſuſcepere. Adeo mala contagione miſcebantur arma armis per vicinas diœceſes. Et quantum non laborabat urbs Monafterienſis, ut Henricum Epico ſuum a fraterno bello ſubtraheret? quæ tamen Suſatenſium auxilia ſibi permitti volebat. Indixerat in hanc rem comitia ordinum Henricus Epico ſus in Larenſi campo, miſeratque ad hæc Legatos ſuos Colonienſis Archiepiſcopus: at ordines, ſeu quod proniores eſſent in Monafterienſem urbem, ſeu quod diœceſin alieno bello implicari nollent, Epico ſuo belli hujus ſubſidia negarunt.

Annus Chriſti 1445.

Eugenii IV. Pont. 15. Friderici III. Cæſar. 6.

Theodorici Adminiſtratoris Pad. 30.

Archiepiſcopus Colon. Comitem Marcanum ſibi adjungit, & caſtra, Fredebergam & Billſteinium expugnat.

Acceſſerat alter belli Suſatenſis annus, acerrimis partium ſtudiis atque animis accenſus. Colonienſis Archiepiſcopus, quia ſibi negotium eſſe vidit cum Clivenſi Duce, potentiſſimi Burgundiæ Principis & animoſæ nobilitatis Cliviæ & Marchiæ armis inſtructo; nihil quoque ſollicitius habuit,

quam fœderatorum Principum & Comitum auxilia contrahere, & cum his Arnoldum Geldriæ Ducem ſibi conjungere. Sed cum is Eugenio Pontifici hæreret, & bello Juliacenſi implicatus eſſet, ut partes Archiepiſcopi ſuſcipere integrum non eſſet; Gerhardum Marchiæ Comitem ſibi arctius in-

LII 2

ſoci-

Confederati Archiep. Colou.

Depopulationes urinum que agros rum.

Theodorici remittit Paderbornensibus omne jus, quod a Pontifice sibi datum obtendebat conjungendi Pader-

Korſeubr. in Crroth. Monast.

focietatem belli adversus Adolphum Clivie Ducem ac fratrem adstrinxit; cuius studio & opera duo municissima castra Fredebergam & Bilstenium expugnavit, eoque successu duas simul Sacrapias (quanquam Bilstenium sub Autumni tempus expugnatum scribat Wittius) Cliventi Duci eripuit, quæ post amissa Susatensi urbe in compensationem retentæ venerunt.

Irriti
utriusque
conatus
bellici Ar-
chiepiscopi
& hostium
eius.

Inde Henrici fratris Monasteriensis Episcopi cæterorumque fœderatorum & clientum copiis instructus ad Rhenum movit; tentatumque per insidias Duisburgum. Quibus tempeste detectis, frustratoque eventu, in Cliviam irrupit. At dum istic omnia Oppida castraque Ducis Burgundiæ prædidiis, & Ducum Clivie, patris filique, vigilantia præmunita reperit; reflexo per Rhenum itinere, in Westphaliam copias reduxit, ad Susatenses & Lippenses, omnis rebellionis auctores castigandos. Castrisque V. Idus Julii inter Erwitam & Gesekenam positis, in conspectum urbis Susatensis processit cum exercitu Archiepiscopi, ratus Susatenses copiam pugnae facturos. Qui cum intra mœnia se continerent, Erwitensem turrim Susatensium milite infestam aggressus est; e qua postquam nec promissis nec minis prædidiarium militem elicere possit, vi admota expugnare tentavit: sed & hi conatus illius propugnantium fortitudine & turris (quæ rarum admirandumque fabricæ opus hodiernum aspicitur) munito. Ibi cum Archiepiscopus septem Susatensium milites suspenderet, Susatenses haud multo post sex a se captos e nobilitate viros in furcam egere. Qua Susatensium audacia vehementer exacerbatus equestris ordo, omnem iram vertit in vindictam & perniciem civium; & quia vi Susatum aggredi non audebant, veriti ne Dux Clivensis omnes in se belli vires converteret, dolo tentare urbem incendere. Quam in rem feles undique ex villis & pagis conquiritas collegere, illigatisque ad caudas singularum ignitis facibus, noctu per murorum foramina & canales immisere in urbem; rati si in horrea civium penetrarent, fore, ut concepto a felibus igne deflagrarent. Sed & is dolus non successit. Post illa Archiepiscopus, postquam agros Susatensium

& Lippensium depopulatus, cum copiis secessit in Surlandiam, expugnatoque Bilsteniano castro, geminas Sacrapias Bilstenianam & Fredbergensem subegit.

Interea dum Archiepiscopus per Westphaliam grassatur, Adolphus Dux Clivensis Rhesam & Sanctos, haud ignobilia ad Rhenum Oppida, expugnat, & Colonienſi eripit: filius Tuitium vastat, & Campense territorium subigit. Nec levius inter se commissa civitates & Oppida pugnabant, Principum suorum odiis & armis accensa; & modo Susatenses, Lippenses, & Hammonenses in Colonienſem agrum effusi: modo Werlenses, Archiepiscopo ante omnes fidi, Gesekenses, Saltcottani, Rndenses, Niehementes, conglobatis viribus in Marchiam progressi, prædis omnia fœdabant.

Civitatum
Collisiones
inter se.

Sollicitati & Paderbornenses ad hoc prædatorium bellum. Sed illi etsi fidem suo Administratori addixissent, nihil tamen hostile palam agere decrevere; præter Bernardum Buranum Dynastam, & Oppidanos, qui Colonienſium armis & prædis se miscuere. Quare & hoc uli Susatenses & Lippenses, irruptionem fecere in Dynastiam, villas, & pagos evastando; delatique ad pagum Sidinghufanum, omne Colorum & Virginum Holthufani Cenobii pecus abigunt. Quo conspecto, Parochus loci, cum alia vis repetendi non esset, arrepta e templo hierotheca sacra cum augustissimo corpore Christi, prædones insequitur, clamando minitandoque, ni abreptos pecorum greges reddant, brevi iram vindictamque Numinis, quem se manu ferre ostendebat, experturos. Qua Parochi voce, & contestatione præsentis apud se Numinis, Susatenses consternati, prædam omnem reddidere. Hunc in modum prædatoriis incursionibus annus hic consumptus est.

Susatenses
& Lippenses
in Dynastiam
ranam ir-
rumpunt.
Objecta a
Parocho &
Eucharistia
prædis co-
stituant.

Tentata per hæc utrimque concordia ab Anſeaticis civitatibus; quarum præcipue fuere Lubeca, Wismaria, Luneburgum, Hamburgum, Brema. Quæ cum Susato cum primis consultum vellent, & partium iræ aspernarentur consilia Legatorum, nihil illo conventu actum est.

Cæpta

Belli causa
in Diocesi
Monaste-
riensi nata.

Joannes
Gobelin,
in comm.
Lu P. qui
diverſus a
Gobolino
nostro Scri-
ptor.
Æneas
Sylvius
c. 58.
Europæ
Codex
Biblioth.
Patis.
Raynaldus
in hist.
Ecles.
Cochleus
lib. 9.
Danavern
Pontifex
Archiepi-
scopus Co-
lonienſis, &
Trevirensis,
excommuni-
catus, &
dignitate
privatus.

belli causa
in Diocesi
Monasteriensi nata.

Cœpta est hæc scintilla belli tumultuarii in Monasteriensi diocesi. Nam cum ordines ex superiori decreto, quod in conventu Campi Larenfis fecerant, Henricum Episcopum revocarent e Colonienfi bello, nec ille pareret; primo ad Felicem Pseudopontificem appellarunt, inculando Episcopum. Instituit deinde crebris conventiculis, conspiraverunt Canonici Cathedralis Collegii, plerique ex equestri ordine viri, & cives Monasterienses adversus Episcopum suum, arma & rebellionem populi minitendo. Quibus spretis, Episcopus bello fraterno inhæsit. Et vero quia summa auctoritas & potentia penes Monasteriensem urbem erat, defecere ex equestri ordine viri Bernardus & Ludolphus Ohricus, Mattheus Munsterus, Conradus Groethufius, Engelbertus a Langen, alique, qui jure civitatis donata petiere, & Magistratui suæ libertatis

defensionem obtulere. Quo offensus Episcopus, vetuit per prætorem Urbanumque judicem suum, quemquam e nobilitate in numerum civium recipi. Quo cognito, Magistratus judicii duos e suis adjunxit Assessores, quibus potestas facta quosvis e nobilitate adscribendi in numero civium. Quæ re magnopere increvit urbis potentia, animusque insurgendi adversus Principem suum. Et periculum erat, ne Monasterienses exemplo Sufatensium publicam cœperent rebellionem. Atque id cum Cathedralium Canonorum assensu hortatuque fieret; jacta sunt rebellionis semina, quæ haud multo post ab excessu Henrici Episcopi bello Højano erupere; neque ullis magis noxia, quam ipsis Canonici, a quibus tum civibus arma in manus data; quæ postea cum maxime vellent excutere non licuit.

Annus Christi 1446.

Eugenii IV. Pont. 16. Friderici III. Reg. 7.

Theodorici Admin. Pad. 31.

Ingredebatur tertium belli Sufatensis annum, Christi vero quadragesimum sextum, supra millesimum quadringentesimum, Theodoricus Colonienfis Archiepiscopus; cum alia procella, quam Roma Pontificis sententia attulit, turbatur. Nam cum ille unus fere esset inter Septemviros, qui hæcenus in tot comitiis Imperii Basileense schisma foverat in Germania, in eoque Casarem & Principes Imperii retinebat, ne deserto Felice Pseudopontifice, ad partes Eugenii Pontificis accederent: eodemque pravo consilio Jacobum Sirckium Trevirensis Archiepiscopum, alterum Imperii turbatorem, in time sibi per conspirationem adjunxisset; ac per duos illos Archiepiscopos res eo deducta esset, ut tota Germania, invito etiam Casare, ad Felicem Pseudopontificem transitura crederetur; tandem Eugenius Pontifex post monita & minas frustra intentatas ad justam severitatis sententiam progressus, utrumque Archiepiscopum e cætu piorum ejecit, & Archiepiscopi dignitate exuit. Quæ ut firmius procederent, in locum Theodorici Colonienfis Archiepiscopi Adolphum Clivensem, Joannis Clivenfis Ducis fratrem, juvenem Cle-

ro Colonienfi adscriptum; in Cathedrali vero Jacobi Trevirensis reponi jussit Joannem Cameracensem Episcopum, Joannis Ducis Burgundiæ filium, fratrem Philippi cognomento Boni. Quæ mutatione potentissimas familias; Clivensem & Burgundicam, utriusque exautorato Archiepiscopo objecit: scriptisque ad Rudolphum Diepholdium Trajectensem Episcopum literis, in mandatis dedit, ut Clivensem in Colonienfis, & Burgundum in Trevirensis Ecclesiæ possessionem introduceret. Literæ hæc Pontificis, quibus Theodoricus de Archiepiscopatu dejicitur, ipso Pesto D. Andrea Sufati & per Clivenfis provincias magno hostium ejus plausu promulgatae fuere. Atque ea res cum magnopere displiceret, conturbaretque ceteros Electores, Theodoricum Moguntinum Archiepiscopum, Ludovicum Palatinum, Fridericum Saxoniarum Ducem, & Fridericum Marchionem Brandenburgicum; tanquam dignitati suæ injuria simul irrogata esset, Francfurti conventum indixere; in quo Septemvirorum judicio decretum, nisi Pontifex latam in Archiepiscopos sententiam rescinderet, auctoritatemque Concilii, sicut in Constantiensi expostum

Infula
Theodorici
in eorum
statu
statu

Quod male
ferunt ces
teri Electo
res, ur
gentque
restitutio
nem in
priorem di
gnitatem.

Theodorici
statu
statu

Joannes
Gobelin,
in comm.
Pii P. qui
diversus a
Gobelino
nostro Scri
ptore.
Æneas
Sylvius
c. 58.
Europa
Codex
Biblioth.
Vatic.
Raynaldus
in histor.
Eccles.
Cochleus
lib. 9.
Danaverus
Pontifex
Archiepi
scopos Co
lonienf. &
Trevirens.
excommu
nicat, &
dignitate
privat.

Sufatenses
& Lippien
fes in Dy
nastiam
ranam in
rumpunt.
Objecta a
Parocho S.
Eucharistia
prædas re
stituant.

Civitatum
Collisiones
inter se.

num erat, relinqueret, fore ut secum tota Germaniæ natio ad Amadeum descisceret; id quod mox ad Fridericum Cæsarem ex arcanis suis Conciliis perscripsere. Et ille licet magnopere improbaret ex his causis defectionem ab Eugenio Pontifice, vero nimirum Christi Vicario; respondit tamen Electoribus, se apud Pontificem acturum, ne Archiepiscopi sede sua moverentur; in quo deinde hoc anno & sequenti laboratum in Francofurtensi & Norimbergensi conventu, transactumque est per Bonnoniensem Episcopum a Pontifice missum Legatum, cui Episcopus Leodiensis & Nicolaus Cusanus additi fuere. Horum opera & consilio Archiepiscopi, qui Pontificis auctoritate dejecti erant, ob Principum motus, relictæ in sedibus suis.

Infauftæ
Theodori-
ci contra
Sufatum
actiones.

At Colonienfis Archiepiscopus tamen Pontificis, non tamen Numinis pœnam a se avertit. Nam bello hoc Sufatensi, quantum omnes Germanorum Principum vires attraheret, omnia illi adversa evenere. Quippe quæ hoc anno gesta sunt, haud minus quam anno superiore infaufta fuere. Decertavit denuo per hyemem & æstatem alternis excursionibus, & majori semper Colonienfium clade. Dominica quarta Quadragesimæ oppugnatum Oppidum Nihem, & totum præter octo aedes incendio deletum. Quæ vindicta justæ numinis iræ adscripta, quod captas Sufatensium mulieres lascivius & injuriosius tractassent. Sub idem tempus Quadragesimæ agmen Sufatensium equitum permixtus civibus Oppido Werlensi insultat, mœnia portasque subeundo. Non tulere hanc insultationem Fridericus & Hermannus Furstenbergii, fidi in omni hoc bello Archiepiscopi ex equestri ordine milites; concitisque cæteris ejus præsidii nobilibus, in hostem procurunt. Verum dum ferventius quam cautius res præliando agitur, trahuntur in insidias a Sufatensibus positas. Capti Furstenbergii cum Hackio equestris ordinis viro: cæsi complures: cæteri equites peditesque fuga Werlas repetunt.

Theodori-
cus Sufa-
tum obli-
det.

Atque hæc dum per hyemem mutuis excursionibus, alternisque cladibus aguntur, Theodoricus Archiepiscopus contracto ex toto Westphaliæ

Ducatu milite, una cum Hildesienfis & Henrici Monasterienfis Episcopi auxiliariis copiis mense Julio Sufatum incingit, extrema etiam minitendo, nisi ad obsequium redeant. Urbs cum undique clausa teneretur, nec par esset repellendis hostibus, Ducis Clivenfis auxilia implorat. Et ille ut periculo urbem eximeret, præmittit Joannem Schwanenburgi Comitem, & Gawinum Schwanenburgicum cum equestribus signis, simul denunciando, propediem se cum toto exercitu adfuturum. Quo comperto, Archiepiscopus, soluta obfisione, Arnsbergam intra Angariæ montes se recepit, cætero milite per castra & oppida disperso; angebantque maxime Archiepiscopum Ducis Burgundiæ literæ, quibus significabat, se Ducis Clivenfis causam extremis etiam viribus suscepturum. Filii deinde Joannis Clivenfis accessu Sufatenses & Lippienfes animosiores, plenis agminibus involant in ducatum Westphaliæ & Paderbornensem dicecesin, ingentemque pecorum gregem, multosque currus prædis onustos secum Sufatum Lipstadiumque abducunt. Nec nullo post Dux Clivenfis validioribus militum copiis irruptionem fecit in Colonienfem agrum, Gesekenam, Callenhardum, Mendam, cæteraque debiliora Oppida evastando; tantisque hæc animis Clivenfium agebantur, ut per Brabantia Mareschallum Archiepiscopo prælium offerrent, quo de summa rei decertaretur. At Colonienfis non ausus omnia in unum discrimen conferre, militem suum intra præsidia montiumque claustra continuit, donec Clivenfis exercitum trans Rhenum reduxisset. Tum vero Archiepiscopus ex latebris Westphaliæ egressus, convocatoque e castris & oppidis expedito milite, & flore nobilitatis, sub exitum Octobris in Sufatensium agrum procedit. Consilium erat Archiepiscopi, urbem astu factoque repentino insultu intercipere; idque beneficio nebulæ tentatum. At cum mœnibus propius succederent Colonienfes, datum e speculis & turribus signum, hostem in conspectu urbis stare; mox in urbe omnium campanarum sonitu exciti cives, & præfidiarii ad arma convolant, intraque urbem sese in aciem componunt, & qui unus omnium ardor erat, ducibus Conrado Steckio Satrapa Clivenfi, Joanne Breckio,

Obfisione
nem solvis.

Theodoricus
exercitus
a Sufatensibus
caeditur

Trahitur
de pace, sed
nullo even-
tu.

Theodorici
exercitus
a Sufaten-
sibus caelitur

ckio, & Consule Rojo, portas egressi, hosti se ad praelium sistunt. Diu anticipi & atroci pugna decertatum fuit; victique ad ultimum Colonienfes. Memorabilis haec ab omnibus pugna refertur. Ex Archiepiscopi exercitu caesi Wernerus Comes Seine, Philippus Nasfoyus Comes, Witgenstenius Comes, & Praepositus ad S. Gereonem, Stephanus a Laer, aliique triginta tres numero: capti centum & quinquaginta, interque hos septem & viginti equestris ordinis viri, quorum haec nomina produntur: Bernardus Burenæ Dynasta, Henricus Wulfius Satrapa Werlensis, Joannes a Scheidungen Satrapa Arnsbergensis, Hermannus a Furstenberg, Fridericus ab Hærde, Hermannus a Laer, Henricus a Werinichusen, Albertus a Mengede, Rembertus a Quernheim, Godeschalvus a Patberg, Joannes a Breidbach, Henningius ab Heiger, Joannes Freidag, Theodorus a Dimanwe, Reinerus Claitzius, Ludovicus Kersfenbrochius, Henricus Breidecampius, Hermannus Ludorpius, Oswaldus Wenekhusius, Conradus Tappius, Joannes Frenbachius, Wilhelmus Plettenbergius, Wiricus Bollingius, Hermannus Endorpius, Joannes Itenbachius, Joannes Culingius, Hermannus Honingius, & qui praeterea ab aliis consignantur. Intercepti cum his equi centum triginta, praedaeque ad novem millia florenorum aestimata. Mirum quam hac victoria extulerint animos Sufatenfes, quantumque amore in Clivensem Ducem, odio vero in Archiepiscopum accensi sint. Aucta contemptio in Archiepiscopum, postquam circa festum D. Andreae allatae in urbem Eugenii Pontificis literae, palamque recitatae fuere, quibus Archiepiscopus dignitate sua exutus, inter schismaticos Ecclesiae, conturbatores Imperii, & hostes Apostolicae Sedis damnabatur.

Tractatur
de pace, sed
nullo even-
tu.

Instituta per haec Morsæ in natali Archiepiscopi Oppido tractatio concordiae ac pacis inter belligerantes; arbitrumque se obtulit Dux Burgundiae. At, quae partium erat obfirmatio, nihil illo Legatorum congressu actum est; praeterquam quod ab Oppidorum ca-

strorumque oppugnationibus, & cruentis praeliis desistendum edixerint. Sed tam casto haec opere decreta fuere, quam mox atrocibus consiliis utrimque resumpta sunt arma.

Magnum hoc bello praesidium erat Archiepiscopo in Henrico fratre Monasteriensi Episcopo, quem invitum hoc anno subtraxere Monasterienses. Quos enim supra ob id motus concitatos diximus, hoc anno increvere, & in apertam conspirationem adversus Episcopum prorupere. Querebantur nimirum Monasterienses alieno hoc bello turbati publicam quietem, premi inconcessis exactionibus dicecesin, trahi arma Ducis Clivenfis & Burgundiae in sua capita, quibuscum publicam pacem colere, quam bellum gerere jam saepius decrevisent ordines. Quare Praepositus, Decanus, totumque Capitulum Canonicorum, & primariae dicecesis civitates conventum indixere; quo una omnium conspiratione decretum, tueri jura & privilegia majorum, nec pati velle, ut Episcopus invitis ordinibus bello Sufatenfi se amplius misceat. Quam in rem imperatum Episcopo, ut praesidium militare, quod Hovestadio ad Luppianam castro imposuerat, fratris propugnandi causa, exemplo revocet, & ab armis Archiepiscopi fratris discedat, secumque tranquillam dicecesin pro juramento fidei conservet. Foederi huic, quod per Quadragesimam sanxere, subscribere Canonici, & supra centum ex equestri ordine viri, quorum nomina in publicas tabulas relata extant. Quae postquam Colonienfi Archiepiscopo cognita, vehementer ille indignatus, scripsit ad Caesarem, & civitates, cum primis Monasterium, Coesfeldiam, Warendorpium, Borckenam, Bucholdiam, Telgetum, rebellionisque, quam cum Sufatenfibus alerent, accusavit. Caesar qui Archiepiscopi causam tuebatur, hanc urbium adversus Episcopum rebellionem detestatus, Ludovico Hassiae Landgravio cognoscendam dedit. Atque ea licet magna contentione populi agerentur; non tamen ob haec fractus animo Henricus Episcopus fraterna auxilia armaque deseruit.

Henricus
Ep. Monas-
ter Ordie-
nibus pas-
trix cogene-
tibus, res
trahitur a
Bello Sufate-
nensi.

Archiep-
Colonien-
sim inter-
cepit
in motu
non non
hanc non
hanc non
hanc non
hanc non
hanc non
hanc non



Annus

Annus Christi 1447.

Nicolai V. Pont. I. Friderici III. Cæsar. 8.
Theodoricus Administ. Pad. 32.

Sequitur annus belli hujus quartus, Christi 1447. Westphaliæ calamitosissimus. Enim vero Archiepiscopus postquam his cladibus acceptis omnia hæcenus incassum tentasset, bellum extremis viribus conatus instaurat: quod non tam pro una urbe repetenda, quam pro libertate Ecclesiæ, dignitate Archiepiscopi, ac gloria nominis adversus Clivensem gerebatur; stabat enim Clivensis, hostis potens, Philippi Burgundi Ducis, Rudolphi Diepholdii Trajectensis Episcopi, Joannis Schawenburgici, Bernardi Lippienfis Comitum, ac totius Cliviæ & Marchiæ nobilitatis viribus armatus. Adversus hosce tam potentes hostes Archiepiscopus non modo Monasteriensem, Hildesensem & Mindensem Episcopos, Ludovicum Palatinum Rheni, Wilhelmum Ducem Brunswicensem, Joannem Nassovium, Gerhardum Seinensem, Walramum Waldecensem, Bernardum Solmensem, Henricum et Mauritium Pyrmontanos, Henricum Spiegelbergium Comites, cum totius Ducatus Westphaliæ & Colonienfis diocesis equestri ordine concivit; sed & Bohemos, Saxones & Thuringos postremum in hanc armorum societatem advocavit. Bohemorum accessio hujusmodi fuit.

Danavves
rus de bello
Susat. m. f.
Seilerus in
Chron. Pyr.
mont. m. f.
Piderius
in Chron.
Lipp.
Chr. Colon.
Tesehem.
in ann.
Clivia.
Chron. Cliv.
vrije.
Chron.
Tremen.
Litra & Susat.
m. f.
Chron.
Monast.
Err. v. v. v.
in Chron.
Ojnabr.
Manum.
Werleusia
m. f.
Witzus in
Chron. m. f.

Archiep.
Colon. bel-
lum instau-
rat, vocatis
in auxilium
non modo West-
phalis &
Saxonibus,
sed & Bo-
hemis.

Gesserat jam in quintum annum grave bellum Wilhelmus; Dux Saxoniæ & Thuringiæ Landgravius, adversus Henricum fratrem suum, Saxoniæ Ducem & Imperii Electorem, pressusque a potenti æmulo Wilhelmus, implorat in auxilium Bohemos; qui ingenti populi sui multitudine Misniam ingressi, subsidio aderant; cum abrupto bello repente pax per Marchionem Brandeburgicum, & Hassiæ Landgravium inter Saxones fratres componitur. Nihilque sollicitius habuit Wilhelmus, quam ut provinciam suam Bohemorum gente, ampla stipendia poscentium, liberaret. Opportune interim illi accidit per id tempus Legatos a Theodorico Colonienfi Archiepiscopo advenire, auxilia a Saxoniæ ducibus sollicitatum, ad rebellem ducatus sui urbem perdo-

mandam. Ad quorum postulata lætus promptusque Wilhelmus Landgravius, non modo Bohemos, sed & Saxones, Misnios, & Thuringos in subsidium Colonienfis producit. Bohemorum exercitus Duce Comite Sternebergio 26000 numeratus, Landgravi 24000; fuitque totus ille peregrinus exercitus 60000 census. Accessit haud multo post Archiepiscopi miles 20000 numero. Ex his universim exercitus 80000 conflatus. Hac tanta populorum lue Wilhelmus Landgravius, Dux omnium, in Brunswicensem provinciam movet, rogatuque Ducis Homburgum castrum, sedem rebellium quorundam nobilium, expugnat. Itinerè per hæc ad Visurgim instituto, Embecam ad obsequium Ducis & ingentem pecuniam multam compellunt. Inde transjecto ad Hoxtariam Visurgi, Oppidum quoque illud grandi ære multant. Ac ibi dum castra posuere, occurrit Theodoricus Archiepiscopus cum suo milite, advenientemque Landgravium & Sternebergium benigne excipit. Hujus consiliis tota illa belli moles secundum fluminis ripas in comitatum Lippiensem jurati hostis terram, traducta. Quo in transitu Monasterium Valckenhagenense diocesis nostræ spoliis exhaustum a Bohemis, vastatusque comitatus Schwalenbergenfis & Oldenburgicus. Primus exinde hostilis furor versus in Blombergam oppidum & arcem, atque ipsam Comitatus Lippienfis Sedem. Is locus quia præfidiario milite & præsentia Comitatus Lippienfis firmatus erat, admota est obsidionalis vis tormentorum, factaque impressione expugnatum Oppidum; atque ut cæteris terroris spectaculum darent, diripiunt, incendunt, & funditus evertunt. At Bernardus Comes per occultos arcis exitus in vicina nemora, ex his ad Visurgim, deductus, conscensaque navi, Schawenburgum secundo amne pervenit ad loci comitem & belli socium. Tertio ab hinc die Comitum arx Brakia capta, & flammis absumpta; proximo vero die Lemgovia, urbs ampla & populosa; e qua cives quia plerique strage Blombergensium

Chron.
Misnense.
Chron.
Saxonia.
Langus in
Chr. Citz.
Seilerus in
Chr. Pyrm.
Spangeberg.
in Chron.
Mansfeld.
Piderius in
Chron.
Lipp.
Ingens ubique vs
stus illata
a Confode-
rato Theo-
doricus ex-
ercitu.

Seilerus in
Chron.
Pyrmont.

Paderbor-
na & reli-
que West-
phaliæ ur-
bes a foe-
re Susacen-
si abstra-
hantur.

fium percussit in vicinas sylvas profugerant, facile barbarus hostis vacuum urbem ingressus diripit ac ne incendio deleteretur, fecit Ludolphi Consulis contracta cum Archiepiscopo familiaritas, & Magistratus industria, 26000 florenorum offerentium mulctam; post hæc Horna civitas, furente milite circumfusa, leviori pretio direptionem, & flammam redemit. At Dehmoldia & Saltzuffelena Oppida hostiliter capta, spoliata, & in cineres versa. Hunc in modum favitum in pagos totius comitatus; nec templis aut Cenobiis paritum: rupta sacraria, direpti calices, vestes sacrorum in ludibrium circumlata ab hæretico Bohemorum milite. Auctor est Seilerus vel in uno adjacente Comitatu Pymontano supra octoginta pagos, quos nominatim idem auctor recenset, exustos esse, e quibus decem tantummodo e ruinis superstites sint. Ex hac vastitate Comitatus Lippiensis restabat Falckenbergitum in abrupto montis vertice, munitissimum Comitatus propugnaculum; in quod olim Ducem Brunswicensem captivum a Comite Lippiensi abductum servatumque diximus. Id in montibus Teutonicis castrum, ne quid Comiti integrum relinquerent, Archiepiscopus & Landgravius circumpositis castris expugnare aggressi sunt, admotisque omnibus belli machinis & insultibus ad deditionem sollicitavere; verum quod natura loci & præsidio firmiter experti, quam ut ex primo impetu furoreque interciperent, festinantque per inclinantis anni tempus ad res majoris momenti gerendas, soluta obsidione, discessere. Quippe alias Westphaliæ urbes, quæ ex fœdere bellum Susatensium alebant, prius puniendas abstrahendasque sumptera.

Paderborna & reliquæ Westphaliæ urbes a fœdere Susatensium abstractantur.

Quare totus exercitus ex Comitatu Lippiensi ad urbem Paderbornensem traductus. At postquam formidabilis illa multitudo in conspectum urbis venit, consternati cives & Magistratus supplices se Archiepiscopo & Landgravio obtulere. Archiepiscopus, quod suæ diocesis urbem communi ruina involvere nollet, ad clementiam se flecti passus est; satisque habuit, si fœdus cum urbe Susatensi & Lippiensi abjurarent; id postquam fecere cives, exercitus per dioccesin &

Comitatum Lippiensem Hervordiam, quod illa urbs fœdus cum Susatensibus coleret, transportatus est. Et Hervordenses ubi conspexere commune exitium in se verti, Archiepiscopo & Landgravio obviam progressi, 16000 florenorum summa oblata, hostem a sua urbe avertere. Quare omnis exercitus, nova Westphaliæ vastatione, Osnabrugum movit, ad fœderatam quoque Susatensibus urbem subigendam. Atque is postquam in conspectu urbis castra explicuit, consternati cives, misere obviam Proconsules suos, qui cum Archiepiscopo transigerent; exactaque ingenti pecuniæ summa in mulctam, iusti sunt fœdus Susatense abjurare, & Joannem Comitem Hojanum, quem jam in sextum annum, ut supra retulimus, in arcto carcere tenebant, secundum Friderici Imperatoris sententiam (id quod Landgravius sibi a Cæsare mandatum assererat) sine omni lytro liberum dimittere; quod Ertwinus post in obsidione Susatensium a civibus præstitum refert. Tum enim Hojanus demum a Comite Teclenburgico & Legatis Osnabrugensibus pulla veste indutus ad Wilhelmum Thuringiæ Landgravium in castra deductus; homo fatalis, a quo postea bellum Monasteriense, Susatensi haud minus calamitosum, omnisque illa tot cladum & malorum tragædia excitata est.

Restabat postremum urbs Monasteriensis a fœdere Susatensi avellanda, castigandaque ob insolentiam. Nam hæc Henrico Episcopo omne fraternum auxilium adversus Susatenses toties minaciter ac superbe interdixerat, Et hæc postquam didicit Osnabrugum, omnem barbarorum multitudinem in se converti, percussa malefactorum conscientia, Legatos obviam misit Archiepiscopo & Landgravio in castra ad Osnabrugum, deprecando omnem culpam, & fœdus, quod cum Susatensibus contraxerat, abjurando. Sed adeo fracti animis, ut tabulas fœderis cum Susatensibus initi per Consulem & Comitem Benthemensem transmiserint Henrico suo Episcopo ad pontem Werfæ impositum; potestatemque fecerint Episcopo suo, quem hætenus tam superbe tractarant, tabulas hæc, quas Ertwinus se legisse scribit, vel discernendi, vel pro arbitrio retinendi. Neque

M m m

que

que his terrore suo satis consultum habuere, sed & certum peditum equitumque numerum suo aere conscriptum addidere copiis Henrici Episcopi sui, quibus Sufatum oppugaret. Tam repente Monasterienses ex amicis Sufatensium facti hostes. Quam insolens & indomitum vulgus, tam pavidum saepe, potenti metu Principum armorumque incusso.

Frustra ob-
fidentur Lip-
stadium.

Subactis in hunc modum fcederatis urbibus, omnem belli molem venit Archiepiscopus in rebelles urbes suas; traductoque per Ravensbergensem Comitatum & Delbrugiam exercitu, non sine magna sacrorum & incolarum vastatione, Lipstadium primum est aggressus. Castrisque ab utraque Luppiae ripa paulo ante festum S. Joannis Baptistae circumpositis, cepta magnis animis, totisque exercitus viribus oppugnatione; admota bellica machina: verberata tormentis mœnia; aperta etiam ad insultum lacunæ murorum. Bohemis non alius labor erat, quam grandem turrim quassatam dejicere in fossas, ut per ejus ruinam impressio in urbem fieret; quæ cum omnia eluderet praefidiariorum & civium pro libertate decertantium fortitudo, & duorum praefectorum pericia rei militaris (quorum alterum Conradum Steckium Comes Lippiensis, alterum Comitem Limburgicum imposuerat Dux Clivensis) Archiepiscopus & Dux Saxoniae, undecimo ex quo ceperunt die, obsidionem solvunt, amissis supra quadringentis ea in oppugnatione armatis viris. Quanquam vindex Numinis manus credita adfuisse, quæ post tot templorum incendia & spolia, post tot sacrilega Hussitarum facinora, pugnavit adversus obsidentes; quando in castris Bohemorum visi sunt milites sacra vasa e templis rapta deponere in lufum alearum, interque se per ludibrium partiri.

Tentatur etiam Sufatum, sed pari & irrito conatu.

Desperato Lipstadio, exercitus Sufato admotus; rati enim si hanc urbem, rebellionis malique caput, Clivensi eriperent, sat magnum omnis militiae laborisque lucrum habituros. Eo igitur omnis armorum machinarumque furor post festum Apostolorum Petri & Pauli ab Archiepiscopo, Duce Saxoniae, & Sternebergio Bohemorum

Duce conversus. Sufatenses ubi didicere in se vim belli trahi, Ducis Clivensis auxilium supplices implorant. Atque is, quia per id tempus Werlas oppugnabat, deserta obsidione, Sufatum adyolat, milite omni in urbem introducto, ipse in Cœnobium S. Walburgis, quod ante urbis mœnia erat sacrarum Virginum, cum praefidiario milite stationem figit. Id postquam cognitum ab Archiepiscopo, jubet accelerare Sufatum omnem militem, & vim omnem in Cœnobium converti; quod & primo statim impetu expugnatum, Duce aegre in urbem elapso; ceteri casti trajectique, etiam is, qui fugientis tergo Ducis inhaerebat. Laeti hoc successu urbem circumvallant, castraque singuli Ducum partiti firmant. Advocati ad hanc obsidionem Henricus Monasteriensis, Bernardus Hildesimensis, Albertus Mindenensis Episcopi, ceterique Comites & proceres cum nobilitate Westphaliae. Ingens bellatorum multitudo, quæ 8000 milium reputatur, impleverat castra. Decertatum primo crebris velitationibus, quod Dux Clivensis octingentos equites introduxerat: Inde promotis vineis & tormentorum sedibus, urbs injectis telis & ignibus, tormentorum verberibus, omnique machinarum & ingeniorum contencione in quartam hebdomadam oppugnata: tum postremum in tanta obsidentium multitudine fames ex sterili simul anno fatigare cepit. Quare antequam exercitus diffluere, consultum habuere, per communem omnium castrorum assultum urbem aggredi, extremamque fortunam per dispendia tentare. Id cum ex bellico consilio omnes simul laudarent, instituta ingenti apparatu oppugnatione, quæ noctu tribus in locis magna omnium alacritate est facta: admota silenter muris scalæ, quæ ternos quaternosve in ascensu caperent; ac ea cum brevitate fallerent, interque clamores & tumultus irruptio tardaretur, datum est spatium obsessis colligendi milites ac cives ad arma. Diu anceps & atrox ad ipsa mœnia pugna fuit inter scloporum & sagittarum imbres. Archiepiscopus inter primos oppugnantium visus est mœnia subire, clypeo etiam, quem dono Regis Franciae acceperat, tribus sagittis perforato. Nec segnior Henricus Monasteriensis Episco-

Episcopus, frater Archiepiscopi, suis permixtus in ascensu e scalis turbatur in fossam, ubi faucibus inter cadavera repertus, mortuo quam vivo similior; quem civis Osnabrugensis Gildeman nomine robusto humero e fossis exportavit. Par mulierum cum viris propugnantium fortitudo fuit; nam dum illi tela, lapides & trabes dejicerent per mania in subeuntes hostes; hæ per dispositas ad muros sartagine, & athena ferventem aquam, pultes, & picem in ascendentium capita sparsere, pestem omnibus telis magis noxiam, & vulneribus acerbiorum. Ad extremum postquam supra mille & quingenta armorum cadavera inspecta iunt in fossis, nec vis illa ingenii armorumve aperiret viam in urbem; Archiepiscopus receptu; canendo omnem militem ab obsidione deduxit; nihilque tantis impensis & mole, præter vastationis provinciarum, confectum est; ut haud incongrue annum hunc tumultuarii & infani belli hoc versu consignarint.

noLte flerI sICVt eqVV & MV-
LVs, In qVbVs non est InteL-
LeCtVs.

Sufatensium defensionem cælesti ope suscepisse creditus est D. Patroclus, urbis patronus; quem tempore obsidionis, atque ultima cum primis nocte oppugnationis, virgines & pueri in templo congregati imploravere; contra Archiepiscopo supremum Numen adversari visum, ex quo ille Eugenium Pontificem tot annis afflixit, alendo schisma Basileensis Concilii, concitandoque Germanos adversus Apostolicam Sedem; & tot barbaros populos in exitium Westphaliæ & sacrorum profanationem introduxit. Quare non Rhefa modo, & media pars urbis Sanctensis & Lipstadiensis sub idem tempus Ecclesiæ Colonienfis erepra, sed & longe majori jactura Sufatum, Metropolis Westphaliæ & Angariæ amissum. Et quia Metropolis hæc per donationem Ducatus Westphaliæ a Friderico Imperatore, ut supra ad annum 1180 retulimus, cesserat Philippo Colonienfi Archiepiscopo duplicique exinde jure ac titulo per ducentos ac sexaginta annos tenebatur ab Ecclesia Colonienfi; eo turpior jactura consecuta; quæ & multo damnosior fuit,

postquam defectione Ducum Clivenfium a Catholica religione urbs simul ad hæresin transit.

Desperata urbis expugnatione, nihil Archiepiscopus sollicitus habuit, quam ut Bohemorum gente & molesta Saxonum, ceterorumque populorum turba provincias suas liberaret. Igitur collecta quanta in præsens adfuit pecunia, Bohemis stipendia numeravit; quæ cum militum non expleretur cupiditas, iram ac minas vertere in Archiepiscopum. Ac nisi ille ad incursum hostium sese Gesekenam subtraxisset, parum aberat, quin ferro incurrerent in ipsum præfulem. Inde quantum licuit mitigati per Duces, cum innumeris curribus præda Westphalica onustis, ea, qua venerant, via remigravere in Bohemiam.

Inter hæc excessit hoc anno VII Calend. Martii e mortalium vita Eugenius Pontifex, quocum ante obitum ejus, missis Legatis (quos inter Æneas Sylvius Cæsaris orator fuit) Germania plene in gratiam redierat, abjurata acephalorum factione, quæ se mediam hæctenus ferre voluerat; id quod Friderici Cæsaris & Electorum cæterorumque Principum studio potissimum factum est. Cumque inter cætera expetitur fuisse a Cæsare & Electoribus, velle Eugenius Pontifex pro sua benignitate & clementia etiam Jacobum Trevirensis & Theodoricum Colonienfis Archiepiscopum in pristinum dignitatis statum, & quo dejecti erant, reponere, assensit tandem Eugenius; sed ea lege, si damnata perfidia, abjuratoque Basileensi schismate profiterentur se Romano Pontifici imposterum obsequentes fore. Qua super re adsunt Pontificis literæ Nonis Februarii Romæ apud S. Petrum consignata. Eugenio successit in Pontificatu pridie Nonas Martii Nicolaus V. vir ob eminentem Theologiæ doctrinam & sapientiam ex humili loco ad Episcoporum & Cardinalium dignitatem, ac postremum (quod divinum beneficium fuit) una omnium Cardinalium consensione ad supremum in Ecclesia fastigium proventus. Ab eo Joannes S. Angeli Cardinalis missus in Germaniam Fridericum Cæsarem & Electores convenit in comitiis, ac postquam

Obitus Eugenii IV. Pont. cui succedit Nicolaus V.

quam Friderici Cæsaris auctoritate, & Principum consensu, ea quæ cum Eugenio inita erant, approbata a Nicolao Pontifice; tum etiam omnium gratulatione Nicolaus Pontifex a Germanis acceptus est. Quam in rem Fridericus Cæsar publicum diploma edidit, quo omnes Germaniæ ordines iussit Nicolaum Pontificem verum Christi Vicarium colere. Tum vero hydra illa Basileensis Concilii, ut Raynaldus inquit, tanquam fulmine perstricta, elanguere cœpit: proscriptus Amadeus Pseudopontifex: recepti omnes per universionem Europam in unum Ecclesiæ gre-

mium, & concordia vinculum; interque alios Trevirensis & Colonienfis Archiepiscopi a Nicolao Pontifice integre honori, & sedibus suis restituti sunt. Ac licet Colonienfis Susatense bellum, reconciliatus cum Apostolica Sede, hoc anno gesserit; pœnatamen infelicis exitus, ob priora in Pontificem delicta, Archiepiscopum non deferuit. Hoc Pontifice post multiplices querelas conventum est demum cum Germanica natione in certa concordia capita, quæ concordata Germaniæ appellantur.

Annus Christi 1448.

Nicolai V. Pont. 2. Friderici III. Cæsar. 9.

Theodorici Admin. Pad. 33.

Theodoricus profectus bellum Susatense.

Interim Theodoricus Archiepiscopus in sequentem adhuc annum, tanquam ex fumo incendii, bellum sparsit; quod ægre admodum iacturam Susatensis urbis, & insultantem Clivenfis Ducis juvenisque fortunam senex ferret. Igitur post discessum peregrini exercitus collegit provincialem militem; cui copias suas confederati conjungere, Henricus Monasteriensis, Bernardus Hildesienfis, Albertus Mindensis Episcopi: Dux Lawenburgicus, Otto Comes Teclenburgicus, cæteri que Comites, quos sibi, clientela devinctos habebat. Horum viribus instauratus, rursus Lipstadium aggreditur, vias atque aditus omnes intercludendo, nequa annona importari posset. Quo ad Clivensem perlato, ad Luppianam movit cum exercitu; ad cuius adventum Archiepiscopus, vastatis circum agris, se intra Angaria montes recipit. His Dux Clivensis provocatus, Werlas & Tremoniam infestat, fruges & agros depopulando: actus etiam in furcam Secretarius, qui Archiepiscopo multa prodiderat. Tremonienfes, quod cum Archiepiscopo fecerant, gravius mulctati. Dux quippe inter Hoerdam & Capellam milite in insidiis collocato, in conspectum

Tremonienfes ceduntur a Clivio.

urbis progressus, civibus insultat; quo Tremonienfes laceffiti, ductore Philippo Nassovio Bonnensi Præposito, in composito agmine erumpunt; quos Dux in locum insidiarum productos astu militari adortus, quadringentos ex his captivos abduxit Susatum. Ul- tus hæc Archiepiscopus, Unnam & Iserlonam Oppida Marchiæ injecto igne cineribus involvit. His ac similibus vastationibus cum bellum traheretur, Ordines utriusque partis Dusseldorpii conventum indixere; quo tamen ob partium acerbiter nihil confectum in negotio pacis. Excessit deinde inter flagrantia adhuc bella 19 Septembris Adolphus Dux Clivensis senior; funereque ad Carthusianorum Cœnobium, quod prope Wesaliam construxerat, deducto, serio tandem de pace pertractari cœpit; quod tam Archiepiscopus, quam Dux omnia prope Oppida, castra & telonia pignori opposuissent; tantæque belli impensæ factæ essent, quibus provinciæ exhaustæ, pacem per ipsas suas calamitates efflagitabant; intervenienteque Philippo Burgundiæ Duce, a festo D. Martini ad sequentis anni Pascha induciæ pactæ sunt.

Moritur Adolphus Dux Clivensis senior.

Annus Christi 1449.

Nicolai V. Pont. 3. Friderici III. Cæsar. 10.

Theodorici Administ. Pad. 34.

Errovinus Litera e

Commodum per id tempus adhuc in Germania versabatur Joannes

S. Angeli Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, cujus auctoritate & industria sicuti

Monasterii Werl.

Pallam Su-
frense ope-
ra Cardina-
lis S. Ange-
li finitur.

sicuti Ertwinus retulit, pacis tractatio inter Archiepiscopum & Ducem Clivensem resumpta, ab eoque Trajectum ad Mosam pacis tractandæ locus nominatus est; ubi tandem præsentem Apostolico Legato calamitose bello, his legibus a Legato præscriptis, mense Aprili hujus anni impositus est finis. Juvabit in hanc rem ipsas Legati tabulas, quas a nullo scriptore adhuc productas reperi, proferre; e quibus cum alia, quæ ad hujus belli exitum expeti possunt, tum fœderatorum nomina partesque belligerantium planius recognoscantur.

Johannes miseratione divina S. Angeli sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis, in Germania & nonnullis aliis partibus Apostolicæ Sedis Legatus de latere specialiter deputatus, Ad perpetuam rei memoriam. Ex quo divino nobis assistente adjutorio pro sublacione periculossimarum guerrarum, quæ aliquamdiu inter Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem, illustrem Principem quoque Dominum Johannem Ducem Clivensem durarunt, ad hoc devenit, quod partes jam dictæ se sanctissimo Domino nostro Papæ submiserunt, prout in partium literis nobis desuper traditis, & de quibus contentamur, plenius continetur. Et in consequentiam submissionis hujusmodi viam facti & guerrarum de medio tolli, & pars parti pacem dare debet, secundum consuetudinem patriæ. Nos capta informatione super ipsa consuetudine, per potestatem nobis ex submissione traditam in Dei nomine pronuntiamus, viam facti & diffidationes inter præfatos partes amplius cessare, & de medio sublatas esse debere; Ita quod illustris Princeps Dominus Johannes Dux Clivensis, qui pro diffidavit Reverendissimum patrem Dominum Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem, diffidationem ipsam tollere debet, & pro se & suis subditis atque omnibus aliis, qui eundem Dominum Archiepiscopum propter ipsum Dominum Ducem & pro ejus adjutorio & servitio diffidarunt, ac etiam omnibus eorundem adhaerentium adjutoribus, qui inferius specificantur; atque strenuo milite Gauwino de Swanenborch, & suis adjutoribus, extinctis diffidationibus pacem donare

debet ipsi Domino Archiepiscopo, militia & subditis suis, quoad viam facti, salvo sibi & Successoribus omnibus suis impetitionibus, quas ipse Dominus Dux Clivensis se habere prætendit contra ipsum Dominum Coloniensem, a quibus ob hanc pacem nullatenus intelligatur recedere, nisi & in quantum inferius aliqua impetitionum compensantur. Sic pariformiter Reverendissimus in Christo P. D. Theodoricus Archiepiscopus Colonienfis pro se & suis subditis atque omnibus aliis, qui ipsum illustrem Principem Johannem Ducem Clivensem propter Dominum Archiepiscopum & pro ejus adjutorio & assistentia ac servitio diffidarunt, ac etiam omnibus eorundem adhaerentium adjutoribus, qui inferius specificantur, atque etiam pro nobili Comite Wilhelmo de Lymberch extinctis diffidationibus pacem donare debet ipsi Domino Duci Clivensi, militia & subditis suis, quoad viam facti, salvo sibi Ecclesiæ suæ & successoribus suis omnibus impetitionibus suis, quas ipse Dominus Archiepiscopus se habere prætendit contra ipsum Ducem Clivensem, a quibus ob hanc pacem nullatenus intelligatur recedere, nisi & in quantum inferius aliqua impetitionum compensantur. Debetque ipse Reverendissimus D. Archiepiscopus Colonienfis pacem dare strenuo militi, Gauwino de Swanenborg pro omnibus diffidationibus, & suis adjutoribus, salvo semper omnibus in pace comprehensis hic & inferius, specificatis hinc inde suis impetitionibus. Impetitiones autem, quas Domini ipsi, Archiepiscopus & Dux, unus contra alium se habere prætendit, exceptis his, quæ inferius specificantur, expedire debent, hac pace firma & salva permanente, prout in submissionum literis continetur. Specificatio vero eorum, qui in hac parte includi debent, secundum schedulam nobis a Reverendissimo D. Archiepiscopo missam, hæc est, scilicet. Illustris D. Johannes Dux Clivensis, sua dominia, sua militia, sui subditi, & adjutores, & qui non diffidati servitia fecerunt, & damna intulerunt. Et hi pro quibus etiam hæc pax datur, & qui in pace includi debent, sunt isti. Scilicet Reverendi in Christo Patres & Domini, Episcopi Monasteriensis, Hildesemensis, & Mindensis, & illustris Princeps D. Ludovicus Comes Palatinus, & Dux Bavariæ, Fridericus & Wilhelmus Duces

Moritur
Adolphus
Dux Clivensis
finitur.

Monumentum
in Werl.

Ubique
legendum
Dominus.

ces Saxonie, Fridericus Marggravius Brandenburgensis, Wilhelmus Dux Brunmyckzensis, & venerabiles atque nobiles Domini Henricus Comes de Nassaw Præpositus Moguntinus, Gerhardus Comes de Seyne Præpositus Aquensis, Salentius de Iffenberg Capellarius, & ejus frater Salentius Canonici Colonienses, atque nobiles Comites Philippus Comes de Cassennellenbogen, & ejus filius Joannes Henricus Comes de Nassaw, Theodoricus Comes de Seyne, Philippus Comes de Selinckbus, Reinardus Comes de Hannauls, & Philippus ejus filius, Conradus Comes de Redberg, Henricus & Mauritijs Comites de Pyremunt, Comites de Spiegelborch, Theodoricus dictus Nynkel, Reinardus dictus in Westerborch, Joannes dictus in Gemen, & ejus filius Henricus: Oppidum Tremoniense, & omnes subditi illorum, & adjutores, & his diffidationibus se immiscuerunt, & qui non diffidati servitia fecerunt, & damna intulerunt. Debent etiam illi de militia tam Reverendissimi D. Archiepiscopi Coloniensis, quam Episcopi Monasteriensis, quos ipse Dominus Dux Clivensis diffidavit, in hac pace includi. Specificatio autem illorum, qui in hac pace includi debent, secundum schedulam, quam recepimus ab illustri Principe Domino Johanne Duce Clivensi, hæc est scilicet Reverendissimus D. Archiepiscopus Coloniensis sua dominia, sua militia, & subditi, adjutores, & adjutorum adjutores, & etiam hi, pro quibus hæc pax datur; & qui in pace includi debent sunt illi de militia tam Reverendissimi D. Archiepiscopi Coloniensis, quam Reverendi Patris D. Episcopi Monasteriensis, quos ipse illustris D. Dux Clivensis diffidavit, & qui servitia etiam non diffidati fecerunt, ac damna intulerunt; Et Reverendus Pater Dominus Episcopus Trajectensis, nobiles Bernardus dictus de Lippia, Gerhardus dictus de Culenbergh; & eorum subditi, & adjutores, & adjutorum adjutores; Oppida & subditi patriæ Markensis, Oppidum Susatense cum inhabitatoribus. Et ad finem ut sublatio viæ facti quoad Oppidum Susatense dubio careat. Nos Johannes Legatus antedictus Apostolica auctoritate, absque præjudicio cujuscunque, diffidationes & viam facti, tam quoad D. Archiepiscopum & sibi adherentes contra Susatienses, quam quoad Susatienses contra Ar-

chiepiscopum ab hac hora usque ad mensem pronuntiationis alijs nostris literis denuntiabimus. Per hoc tamen non volumus, quod post illud tempus reviviscere debeat via facti aut diffidationum cum Susatentibus. Cæterum compensationes, de quibus supra fit mentio, has esse decernimus, scilicet, quod omnes captivi unius compensantur cum captivis alterius partis. Itaque omnes captivi hinc inde præstita cautione consueta de non vindicando, quam antiqui Oervede vocant, sint liberi, & omnis eorum promissio in quorumcunque manibus facta sit cassâ, etiamsi promiserint pro sua liberatione aliquid solvere, vitare, dare, aut agere; & promissiones qualitercumque etiam firmatae fuerint, juramentis, fidejussoribus, aut literis perinde haberi debent, ac si forte non forent: Et fidejussores quitari debent, & literæ desuper forte datæ restitui, quæ etiam ex nunc in antea nullius esse debent roboris aut momenti. Similiter interempti per unam partem compensari debent cum interemptis alterius partis, ita quod nulla super his remaneat actio, Sic similiter incendia & rerum mobilium prædæ hinc inde debent compensari. Ab his excipiuntur ea damna, quæ tempore treugarum indictarum per reos, hinc inde per transgressores treugarum illata sunt, quæ damna debent hinc inde reparari, ne quisquam per nostras treugas se damnificatum conqueratur. Ad finem autem, ut mutua sinceritas pacem firmet, decernimus, quod omnes qui hinc inde sua feuda ob has guerras resignarunt, quod ad illa per Dominos illos antedictos restitui debeant. Et ne in feudis Alberti de Alpen & Crathonis Stecken scrupulus remaneat, ordinamus pro bono pacis, quod Reverendissimus D. Archiepiscopus eosdem denuo, quoad feuda, quæ ab ipso dependent, debeat investire. Volumus etiam quod illi ex subditis, aut adherentibus, qui ob has guerras non potuerunt gaudere possessione bonorum suorum, aut jurium, aut servitutum ad utilem possessionem bonorum suorum, jurium, & servitutum, sicut eam habuerunt ante tempus guerrarum instruantur impedimentis seniorum: etiamsi se durante publica guerra per judicium allegaverint, in possessionem missos. Similiter etiam subditas Ecclesiasticas personas, quæ ob has guerras beneficiis aut fructibus Ecclesiarum,

rum, Monasteriorum, aut beneficiorum spoliati fuerunt, easdem ad possessionem, quam habuerunt, reponendas esse decernimus. Id autem quod maxime opportunum arbitramur pro pacis istius inviolabilis firmitate in hoc resistet, quod demum ipsi se mutua charitate salvo jure cujuscunque amplectentur; & studeat alter alteri bono corde complacere. Unde exhortamur eos per viscera misericordiae Dei, ut omni odio semoto pacem inter se servent, & ad ejus conservationem diligenter attendant, & non patientur quovis modo hanc pacem rumpi, directe vel indirecte; aut ex suis dominiis, advocatiis, Oppidis, aut castris, quae possideant, aut possidebunt, ac subditis suis, & Oppido Tremoniensi, & aliis in pace comprehensis, ac etiam Marckensi damna inferant, aut inferri quovismodo patientur, maxime usque ad tempus pronuntiationis sanctissimi Domini nostri secundum formam submissionis praememoratae. Neque etiam vindictam expetant ab Ecclesiasticis, vel secularibus, etiam quovis quaesito colore iudicii Ecclesiastici seu secularis. Et Reverendissimus D. Archiepiscopus quoad Clerum & populum, qui hactenus guerrarum tempore quadam exemptione usus est, & modo sublatiis guerris ad integritatem redit Ecclesiae Colonienfis, paternam affectionem ostendat, ut non tantum se non gravari, sed potius relevari experiatur juxta literarum nostrarum continentiam; quas super illo articulo concedemus. Et sic gaudent omnes, qui in his guerris fuerunt, & in pace ista comprehenduntur, omni securitate in alterius dominiis & locis omni modo, sicut ante has guerras gaudere consueverunt. Praecipimus autem Apostolica auctoritate ipsis Dominis & Episcopo & Duci in vim promissionis factae in submissione per eosdem, ut hanc pacem, & ea quae superscripta sunt firmiter observent, dolo & fraude seclusis. Et quoniam ad finem, ut haec praescripta inviolabiliter observentur, & ne ob emergentia pacem turbari contingat, opus judicamus aliquo Conservatore, qui nostro nomine nobis recedentibus ad hoc intendat, hinc nobilem virum domicellum Gerbardum de Clivis Comitem de Marcka pro conservatione harum serie literarum deputamus, ita quod si aliqua quaestio tam inter ipsos Dominos principales quam eorum subditos & Dominos,

aut subditos inter se super praemissis in hac nostra pronuntiatione, aut alias, quae de novo emergi contingant oriatur, super illa quaestione una, aut pluribus, quoties emerferint, scribi debet per conquirentem ipsi nobili Gerbarde de Clivis, qui intellecta querela Dominis principalibus scribat, ut ad locum, qui sibi aptus videbitur, Consiliarios eorum mittant, tot quot judicabit secundum causae emergentiam opportunos, in quorum praesentia ipse, atque etiam venerabilis Dominus Nicolaus de Cusa Archidiaconus Brabantiae in Ecclesia Leodiensi similiter per nos ad hoc deputatus per illum domicellum Gerbardum vocandus; seu si ipse D. Nicolaus interesse non potuerit, tunc alio loco sui, quem ipse Nicolaus Archidiaconus ordinaverit, querelam audiant, & audito consilio eorum, qui a Dominis missi fuerint, id quod aequum judicaverint, diffiniant, & quod sic diffinitum fuerit, ipsi Domini, aut subditi acceptent, & exequantur: ita quod executione quovis modo diffinita ultra tempus in diffinitione expressum nullatenus differatur. Reservantes nobis potestatem addendi, quaecumque videbuntur pro bono pacis hujusmodi, & ejus firmitate, & similiter declarandi praemissa, & alia acta agendi, quae judicaverimus opportuna. Datum Trajecti Leodiensis diocesis sub sigilli nostri oblongi appensione. Anno a nativitate Domini Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo nono, Indictione tredecima, die vicesima septima Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini, Domini Nicolai divina providentia Papae quinti anno tertio.

Nihil hisce pacificationis literis conventum adhuc, statutumque de summa rei, ob quam bellum susceptum; utrumne videlicet Sufatum caeteraque in potestate Ducis Clivensis relinquenda, & in hujus compensationem Satrapia Fredenbergae & Bilsteniae cum utroque castro ab Archiepiscopo retinenda? id enim ad ipsius Pontificis iudicium, & Apostolicae sedis decisionem remittere inter partes convenerat; neque a Nicolao Pontifice quicquam hac super re dijudicatum reperio. Certe Calixtus Pontifex, qui Nicolao post successit, Sufatensem urbem Colonienfi Ecclesiae reddendam pronuntiavit; quod ipsum deinde a Pio II. Pontifice Calixti successore

Gelenius
lib. 2. c. 2.
in vita S.
Engelb.
Kerhovius
in Chron.
Tremon.
Westhorvius
in Chron.
Tremon.
Danauvver.

cessore decretum: Quoquo modo aut res indecisa relicta, aut aliter transacta. Retinuit interim Dux Clivenfis Sufatum & Sanctos urbem, Friderici Caesaris indulgentia, quæ anno post 1486 impetrata. Tantum est semel armis in possessionem venisse, & cum potentia prævaleas jus legesque ex armis dictare.

Chron. Monast. Erwinus in Chron. Osnabrug. Hummelingi rebelles domantur.

Vix dum ab hoc fraterno bello domum regressus Henricus Monasteriensis Episcopus, cum Embslandiam, quæ Septentrionalis dicecesis magna pars est, rebellium armis turbatam reperit, Auctores potissimum Hummelingi, prisca inter Frifones gens ferocia; quebantur hi, se contra vetera libertatis jura oneribus & exactionibus a Satrapis premi, indignaque pati; & quia ducem rebellionis nacti Scharium projectæ audaciæ virum ad arma convolant, Neuhusium Satrapæ Sedem obsidione cingunt, nobilium bona spoliant. Quæ

postquam Henrico Episcopo nuntiata fuere, accita nobilitate, ac milite provinciali ad signa, in Embslandiam advolat, factoque in obsidentes arcis Neuhusianæ impetu, in fugam & latibula compellit. Capi seditionis auctores, & suppliciis puniti; cæteris parcitum. Fuerat inter concitatores rusticana plebis delatus Parochus Aschendorffianus; incidit casu Episcopus in Sacellanium ejus, ratus Parochum esse, innocentique Sacerdoti alapam infligit. Quod factum ita interpretatur Erwinus, ut ex eo tempore omnia improspere Episcopo evenisse velit. Nam haud multo post hoc eodem anno Henricus Episcopus Arensburgam ad invifendum Theodorico Archiepiscopo fratrem profectus, prope Alenam Oppidum cum equo prolabitur. Quo casu ita lethali vulnere affixit latus, nulla ut inde medicorum ope curari poterit, eoque altero post anno extinctus fit.

Annus Christi 1450.

Nicolai V. Pont. 4. Friderici III. Cæsar. II.

Theodorici Administ. Pad. 35.

Palatin. S. Antoninus. Raynaldus Brovver. in annal. Trevir. Tschern. Chron. M. Belgii. Jubilæum, confluyente ingenti populi multis tudine, Romæ celebratur.

Accessit per hæc annus ejus sæculi quinquagesimus, quem edicto per orbem Christianum jubilæo Nicolaus Pontifex celebrem fecit, confluyente innumera hominum multitudine, qualis raro admodum visa Romæ fuerit; eoque celebritas hæc lætior fuerit, quod fædo Basileensis Concilii schismate tandem sublato, ac Felice Pseudopontifice ultro se quoque abdicante, univèrsa Europa in unam denuo concordiam rediisset. Interque viros conspicuos peregre venire ad urbem ex Germanis Jacobus Trevirensis Archiepiscopus, Jacobus Metensis Episcopus, Albertus Dux Austriae Cæsaris frater, Arnoldus Dux Geldriae, & Joannes Clivia Dux, inscia matre, cum magno illustrium virorum comitatu, ac nobilitatis flore; tam securus tum pacis erat, inter ipsum ac Coloniensem initæ.

Gerardus Dux Juliae & Montium Archiep. Col. cedit provincias suas, post mortem, si

At Theodoricus Archiepiscopus, ut magna semper versabat cum animo amissi Sufati jacturam ingenti duarum provinciarum lucro compensare moliebatur. Quæ res si pro consilio processisset, nemo facile ante eum Archiepiscopus patrimonium Colonienfem magnificentiùs locupletasset. Vivebat tum

Gerhardus Montium & Juliae Dux, idemque Ravensbergæ Comes, in matrimonio cum Sophia Bernardi Ducis Angariae & Westphaliae filia; ex ea quia per aliquot annos nulla proles suscepta erat, transegit cum Duce, quem sibi familiarissimum habebat Archiepiscopus, centum florenorum millibus pactus, si absque hærede discederet, uterque Montium ac Juliae ducatus Colonienfem Ecclesiam junctus transcriberetur. Pactum id in pervigilio D. Jacobi solemnè ritu firmatum, & publicis tabulis in celeberrimo procerum ac nobilium conventu consignatum. Subscribere præter Archiepiscopum, Decanum, & Canonicos Metropolitanos, Wilhelmus Comes Limburgicus, Gumbrechtus Comes Nuenarius, Comes Vierneburgius, Wilhelmus Westlinghovius, Joannes Ritterscheidius, Adamus Oetgenbachius, Joannes Burggravius Reinecensis, Lotharius Quadus, Joannes Gymmenichius, Scheilhardus de Merode, Engelbertus ab Orsbeck, Gothardus Drachenfelsæ Dominus, Theodoricus Beifolius; Gothardus & Hermannus Furstenbergius, Hermannus ab Ense, Arnoldus & Henricus Beringhausius, Fridericus Kette-

Grantz. lib. 11. M. rep. c. 30. & 40. Erwinus. in Chron. Osnabrug. Kerjendr. in fasis Episcopo Chronis. Monast. Wierius d. bello Mon. Mors & encomium Henrici Ep. Mont.

Kettelerus, Conradus Vrede, Henricus Wolfius in Ludinghusen, Bernardus Westerholtus, Rugerus ab Horst, Godeschalcus Padberg, Henricus Plettenbergius, aliique Satrapæ, proceres, & equites, universum supra quinquaginta testes. Totidem fere Gerhardus Montium & Juliæ Dux produxit e nobilitate primarios viros, qui tabulis hisce fidem consignavere; quibus accessere omnia provinciarum Oppida. Nihil pactis his firmitus videri poterat; quæ tamen inania fuere, & spem magnam fefellerere Archiepiscopi; quando post Gerhardus Dux binos ex Sophia Lawenburgica filios totidemque filias suscepit. Compertumque tum magna mortalium consilia dispari Numinis providentia interverti.

Per id tempus, cum hæc agerentur, Theodoricus Archiepiscopus magno luctu, aliisque turbis obvolutus est ex morte Henrici fratris, Monasteriensis Episcopi, & Osnabrugensis Ecclesiæ Administratoris. Is enim postquam anno superiori ab Archiepiscopo Arnsberga rediit in diœcesin suam, ex lapsu equi male affectus debilitatusque in mortem, secundo die Junii, omnibus sacris provivus, discessit e vita. Corpus Strombergam delatum, humatumque in templo S. Crucis, ubi vivus Collegium XII Canonicorum dotare cœperat, sepositis in hanc rem XII millibus florenorum; quæ tamen pecuniæ summa post excessum ejus, incertum quo casu dolove, interversa præfulem loci sui fundatione defraudavit. Fuit Henricus magnitudine animi, militaribus artibus, administratione diœcesis, & procuracione rerum sacrarum egregius; quippe qui Episcopus diœcesin suam XXVI, Osnabrugensem vero Administrator X fere annos, adversus omnes circum hostes auctoritate, ostensoque armorum terrore, constanter tutatus est. Quare & in utraque diœcesi arcès & Oppida ab eo reparata præsidisque instructa memorantur; interque hæc Ahulsa, Ottenstenium, Ransdorfium, Bilderbeca, Stromberga in Monasteriensi; Groneberga, aliaque loca in Osnabrugensi diœcesi, ad comprimendam etiam nobilium insolentiam, præmunita fuere; præterque bellum Sufatense, magno eo Episcopo in utraque diœcesi tranquillitas fuit.

Eo igitur Episcopo sublato, ingens per utramque diœcesin tempestas consecuta est ex ambientium contentione, & dissidio electionis. Turbo utriusque diœcesis Joannes Comes Hojanus, quem supra sexennio Osnabrugensium carcere inclusum, & bello Sufatensi liberatum diximus. Is primum Osnabrugum regressus, laborabat pro Erico fratre Colonienſi Præposito, quem ante rejecerant Osnabrugenses, in Episcopum recipiendo. Multa in hanc rem sollicitabat apud Canonicos, Consules, accives, immemor omnium malorum, quæ aut ipse intulerat diœcesi, aut quibus ipse tractatus ab Osnabrugensibus. Adeo hominem ambitio excæcaverat. Verum cum omnes ordines obsisterent, dicerentque Ericum Episcopum semel auctoritate Concilii Basileensis submotum repeti non posse, multaque in hanc rem adferrent in medium; Comes, ut solertis erat ingenii, ad alia consilia conversus, Albertum alterum fratrem Hojanum Comitem, Episcopum Mindensem, obtulit Osnabrugensibus Administratorem postulandum; quod is haud secus quam Monasteriensis Episcopus fecerat, ex vicina diœcesi Osnabrugensem simul gubernare ac tueri posset. Quibus permoti Osnabrugenses (quanquam metu magis offensionis, quam spe commodi) Albertum Administratorem suum postulavere; missique continuo procuratores & Legati ad Nicolaum Pontificem, qui confirmationem impetrarent. Quam licet ille ob multas justasque causas recusaret; permansit tamen Albertus per tres annos Administrator diœcesis Osnabrugensis; donec Pontificis sententia alia Episcopi electio imperata Capitulo. Quapropter falli dixerim Ertwinum, qui Albertum hunc quadragesimum sextum Episcopum numerat, aut qui illum quinquennio præfuisse tradunt.

At longe implicatior turbatiorque res fuit in Episcopatu Monasteriensi, quæ in apertum & multorum annorum furiosum bellum erupit. Mortuo enim Henrico Morfano Episcopo, Theodoricus Colonienſis Archiepiscopus pro Walramo fratre, & Rudolphus Trajectensis Episcopus pro Conrado Diepholdio Osnabrugensi Præposito nepote suo subrogando agebat; atque ejus rei gratia præmissus ad Collegium Cathedrale

Joannes Hojanus agit pro fratre suo Erico, ac deinde pro altero fratre Alberto ad Episcopatum Osnabrug. promovendo.

Crantz. lib. 11. Me trop. c. 30 & 40. Ertwin. in Chron. Osnabrug. Kerſenb. in falsis Episcopo Chronic. Monast. Wittus de bello Monast. Mors & encomium Henrici Ep. Monast.

Crantz. lib. 11. Me trop. c. 40. Chron. Monast. Kerſenb. in falsis Episc. Ertwin. in Chron. Osnab. Wilhelmus Heida in

Rudolpho
Episcopo.
Rochold.
in Chron.
Monast.
Cleinberg.
in Chron.
Stangef. in
Wosspis.
Agunt pro
Episcopatu
Monaster.
adipiscens
do Theoa-
doricus
Archiep.
Colon. &
Rudolphus
Traject.
hic pro ne-
pote suo,
ille pro
fratre.
Laborat &
Joannes
Comes Ho-
janus pro
subrogan-
do fratre
suo Erico.

drale Conradus Ritbergenfis Comes avunculus; quem mox ipse Episcopus confectus, exequiis defuncti Episcopi interfuit, ducendo secum Comitem Benthemensem, Steinfurdensem, Cullenbergensem, ac Gemensem Dynastam, multosque proceres ac nobiles, quorum opera Canonicos in electionem Conradi nepotis induceret. Turbavit hæc omnia Joannes Hojanus Comes; qui postquam Osnabrugi feliciter sua transegerat, Monasterium advolat, evocatoque Colonia Erico fratre, primum Canonicorum quorundam animos pertentat, ac multis promissis demulcet; a quibus cum in speciem se magis suscipi, quam re ipsa spem sibi fieri intelligeret, animum adjecit ad urbis gratiam sibi demerendam, primoque congressu quorundam Senatorum, Tribunorum plebis, ac civium animos sibi devinxit. Inde ut cives sibi arctius conciliaret, conventus facere, symposia publica instituere, agitare convivia (ad quæ passim nullo discrimine primores urbis & promiscuum vulgus confluit) in his præsentem Ericum fratrem ostentare, & alios precando, alios suadendo, alios hortando trahere in partes suas. Nulli itaque qui non Ericum Episcopum cum geniali fratre exoptarent, quibuscum urbi felicitas, & civibus omnis hilaritas & libertas obventura esset. Et Comes quidem brevi rem eo deduxit, ut Magistratus Legatos decerneret ad Hermannum Langium Decanum, qui Schonefitæ ad Amasim in arce cum aliquot Canonicis versabatur. Legationem hanc ipse Bernardus Kerkeringius cum Tribunis plebis suscepit. Ibi consul exorsus, adesse se, inquit, Magistratus & totius urbis nomine, rogareque, ut in electione novi Episcopi ante omnia rationem publicæ pacis & concordie habere velint; quam in rem nihil Magistratui consultius videri, nec civibus gratius fore, quam si Ericum Hojanum deligant: id spectatam Erici virtutem, id Ottonis Hojani patris & Episcopi tam præclare meriti beneficia, id Hojanæ familiæ decus mereri; aut si minus Hojanum velint, deligant quemvis alium, modo Walramum Archiepiscopi Colonienfis fratrem excludant. Ad ea Hermannus Langius Decanus facturum se suosque, respondit, quod ex æquo bonoque dicecessis futurum esset.

Haud multo post accedunt Legati a Theodorico Colonienfi Archiepiscopo ad urbem missi; pro quibus licet Archiepiscopus comiteum liberumque ingressum petiisset, urbe tamen, in qua jam Comes Hojanus dominabatur, excluduntur. Ac postquam inter cives vulgatum, adesse Legatos Archiepiscopi, qui pro Walramo sollicitent; Hojano concitato, exorta civium seditio palam vociferantium, non alium quam Ericum Hojanum a se recipiendum Episcopum. Quo plebis tumultu territus Rudolphus Trajectensis Episcopus, & ipse cum suis urbe excessit. Eo metu quoque Canonici percussi, ex urbe emigrant; quos Decanus Dulmaniam ob id ad liberum electionis locum evocavit. Eo Colonienfis quoque Archiepiscopus, Gerhardus Dux Montium & Juliae cum magno procerum comitatu advenere, patrocinium operumque Canonice pollicendo. Instituta proinde est quinto Julii electio in Sacello S. Clementis, & præsentium suffragiis deligitur Walramus Episcopus; quibus alii, qui in urbe remanserant, accessere, duobus duntaxat exceptis. Erat vero Walramus, Scriptorum judicio, pietate & modestia egregius, juris sacri peritissimus, ætate quidem ac sago militari fratribus minor; sed toga & religione præstantior, iisque virtutibus exornatus, ob quasi a Pontifice illi etiam galerus Cardinalium designatus est. Facta electione, extemplo missi Romam, qui Nicolao Pontifici electionem a se rite factam renunciarent; quam Pontifex remisso diplomate ratam habuit: At postquam electio hæc per urbem increbuit, tum vero cives tumultuarii, criminari canonicos, damnare electionem, intentare Clero per omnes minas direptionem bonorum, & projectionem in exilium. Post quæ duo Canonici, qui in urbe permanserant, seu metu furentium civium, seu factionis studio, in locum Concilii ingressi Ericum Hojanum Episcopum a se electum renunciarent. Id ubi ad nobiles quosdam & tribunos plebis relatum, electionem hanc læti excipiunt; tractoque in partem Clero secundario, & Monasteriis quibusdam Monachorum, literas consignant, quas ad Pontificem mittunt Romam, rogando, ut pro publico pacis bono electionem hanc ratam esse velit his multæ in

Canonicorum suffragiis eligitor in Episcopum Monast. Walramus de Moisa; & a Pontifice confirmatur.

Contra eligitur a duobus Canonicis Ericus Hojanus, & a civibus ac clero secundario recipitur. Sed a Pontifice rejicitur.

Plebs Magistratum cogit, ut Comitem Hojanum Tutorem urbis deligeret.

Reynaldus in histor. Eccles. Breuver. lib. 19. Annal. Trevir. Coron. Belgii. Nicolaus Cusanus, Pontificis Legatus, Germaniam cum magno fructu perlustrat.

Wal-

Walramum confictæ criminaciones additæ. At Pontifex, qui jam certius sinceriusque de Walramo ejusque vitæ integritate edoctus erat, publico anathemate perstringit eos, quotquot Walrami electionem in posterum ausi fuerint impugnare. Has Pontificis literas, ut eluderent, appellant ad Pontificem melius informandum, easque ad publicas templorum valvas affigunt; quæ cum nocturno tempore alibi revelarentur, alibi humano stercore fœderentur, Hojanus Comes & cives in furorem acti, promissive in Clerum vertere vindictam, & quos suspectos habuere, in vincula rapere; Jam novo seditionis motu urbs plena erat, nec aliæ populi voces audiebantur, quam Hojanum Tutorem poscentes; atque id cum a Magistratu plebs peteret, respondit ille, se cum caterarum civitatum Legatis, qui ob id in urbe atteinbantur, hac super re deliberaturum. Non his acquievit plebs, Comitem Hojanum Tutorem, etiam minis intentatis, ausa postulare. Hunc enim unum esse illum virum sibi submissum, qui auctoritate, belli peritia, & viribus familiaræ non modo urbis libertatem, sed & diœcesin adversus Walramum obtrusum Episcopum, & Coloniensis Archiepiscopi dominatum tueri posset, a quo non aliud sibi jugum, quam Sufato

parari recognoscerent. Ad has importunas plebis postulationes, quod grandius secum malum traheret, quam cæca plebs videret, tergiversari & resistere Senatus; eoque magis, quod caterarum etiam urbium Legati in consilium vocati dicerent, nihil sibi in deligendo Tutore in mandatis esse. Nihil his mitigata plebs, accensaque quorundam nobilium conspiratione (quorum Duces, Joannes Vechtorfius, Ludolphus Oerius, Engelbertus Langius, Bernardus Asbeckius, aliique) curiam ingreditur, mortem Consulibus minitendo, nisi Hojanum Tutorem sibi permittant. Consules in hanc necessitatem compulsi, sub noctem Hojanum cum Erico fratre in prætorium vocant; quibus jurata fides, Hojanusque Comes Tutor & rector urbis renunciatus est, Magistratus interim impendentium calamitatum sat præcius, populum monet, fore, ut brevi hujus tutoris eos pœniteat. Sed jam Magistratus laxius frenum Tribunis plebis & civibus permiserat, quam ut reprehendi possent. Ab hac civium seditione funesti hujus belli initia, quod a biennio multis etiam prodigiis igneæ nubes, & insolitæ cœli faces supra urbem in aere pendentes, & per diœcesin sparsæ denunciarent.

Annus Christi 1451.

Nicolai V. Pont. 5. Friderici III. Cæs. 12.

Theodorici Admin. Pad. 36.

Inter has Westphaliæ turbas, sub exitum prioris anni, missus est a Nicolao Pontifice Nicolaus Cusanus S. Petri ad vincula Cardinalis presbyter cum amplissima indulgentiarum potestate, quæ, sacris jubilæi Romæ celebratis, anno proximo per Germaniam & totam Europam promulgatæ erant. Munus ei impositum a Pontifice, ut omnes Germaniæ provincias obiret, populumque ad jubilæi indulgentiam invitaret; tum & collapsam in Ecclesiis & Monasteriis disciplinam instauraret. Fecit id Cusanus admirabili cum fervore & fructu, peragrans Austriam, Thuringiam, Saxoniam, Westphaliam, ubique Apostolico ritu sacrificium missæ celebrando, synodos convocando, Clerum formando, Cœnobita lustrando, palam ubique in Ecclesia, aut in

foro etiam, concionando: ut lingua patria & Teutonice disertissimus erat Orator, Cusæ quippe ad Mosellam natus; quam ob rem tanquam e cœlo submissus Apostolicæ sedis Nuncius ubique exceptus est.

Is hoc anno Treviri Coloniæ venit, celebremque ea in urbe Episcoporum synodum habuit, cui & ipse Cusanus Apostolicæ Sedis Legatus præfedit. Multa in ea laudabiliter xv decretis ad Cleri populique mores instaurandos ex prioribus synodis repetita, sancitæque sunt; horumque postremum est, ne augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, præterquam in octava corporis Christi & raris per annum festis diebus, publice exponatur; idque ex Episcopi facultate, & cum magna

Coloniæ
Synodum
Episcoporum
instauravit.

venē-

Plebs Magistratum cogit, ut Comitem Hojanum Tutorem urbis deligeret.

Reynaldus in assist. Ecclesi. Breuvier. lib. 19. annal. Trevir. Chron. M. Belgii. Nicolaus Cusanus, Pontificis Legatus, Germaniam cum magno fructu perlustravit.

Canonico rum suffragis eligitor in Episcopum Monast. Walramus de Morfa; & a Pontifice confirmatur.

Contra eligitur a duobus Canonice Ericus Hojanus, & a civibus ac clero secundario recipitur. Sed a Pontifice rejectus.

Uti &
Magden-
burgi.

Mindæ col-
lapfam cle-
ri & reli-
gioforum
disciplis
nam restau-
rar.

veneratione fieri præscribit. Colonia, quantum ex auctore Chronici Belgii colligas, in Saxoniam digressus est. Nam; ut ille retulit, Magdenburgi frequentem quoque Episcoporum & Cleri synodum celebravit; in qua cum indulgentias promulgavit, tum earum vim & rationem erudite pro concione ad populum explanavit: sustulitque multos ex mentibus vulgi errores; tanquam indulgentiis venalis proponeretur peccatorum condonatio, quæ tantum ad poenas, quæ post hanc vitam expiandæ remanent, exsolvendas ex thesauro Ecclesiæ dispensantur. Magdenburgo digressus Cusanus, reliquam Saxoniam peragravit; delatusque Mindam ad Visurgim, honorificentissime a Clero & populo excipitur. Qua in urbe, ut facti eorum memorant, solemne missæ sacrificium & concionem ad populum habuit; ab eoque Monachi istic ordinis D. Benedicti, evocato ad id Abbate Bursfeldiensi, secundum præfatas severitatis leges formati. Moniales vagæ ad claustra revocata; disciplina cleri prope istic emortua juxta decreta synodi Colonienfis resuscitata. Quas vero præterea urbes Westphaliæ adierit, Scriptorum nostrorum inertia desideramus. Daventriam inde & Swollas accessisse, & celeberrimum per id tempus Cœnobium Windesheimense, florentemque Canonicarum Virginum congregationem invisisse, idem auctor Chronici Belgii memorat. Non facile Apostolicæ Sedis Legatus a multis annis conspectus hisce in locis, qui ubique majori veneratione exceptus cultusque sit: vir quippe munerum contemptor, cibi potusque modici, comitatus modesti ac religiosi, in quo omnis vitæ cultus exemplar Apostolici viri spirabat. Quo virtutum & sanctimonie conspectu majorem ille populi venerationem, quam ceteri Episcopi & Principes ex omni splendore & magnificentia aulæ, consecutus.

Hac professione Cusanus etsi magnam Saxonie Westphaliæque partem perlustravit; Osnabrugum tamen & Monasterium non accessit; quod iis in urbibus omnia conturbata videret ex Episcopi electione, & flagrantibus inter clerum populumque dissidiis; ac præterquam, quod utriusque loci de Episcopo contentio ad Nicolaum Pontifi-

cem relata esset; tum vulnus longe majus erat, quam ut medicam Legati manum ferret.

At in nulla parte Westphaliæ perturbatius agebatur quam Monasterii. Quippe Hojanus Comes nova Tutoris dignitate imperioque urbis potitus, ingentes animos extulit; nihilque ad firmandam potentiam sollicitus habuit, quam cives armare, militem scribere, sollicitare vicinorum Principum auxilia, eorum cumprimis, quos Mörfanis ex Susatensi bello infectos noverat, interque hos primum imploravit Joannis Ducis Clivenfis opem; sed eo nondum ex palestina peregrinatione domum reverso, Maria Burgundica mater, femineis etiam odiis in Mörfanos accensa, prolixè auxilia addicit, submittitque; id cum & alii facerent, cum armatis civibus & militaribus copiis urbem egreditur, occupaturus Oppida & castra, priusquam in Walrami electi Episcopi fidem & manum venirent. Quæ res illi pro voto successit; primoque incursum Wolbecam, Sassenbergam, Strombergam, Dulmaniam, quod nullis præfidiis provisâ essent, intercipit. Rediit per hæc Dux Clivenfis in provinciam, rogatuque matris & procerum fœdus cum Hojano jungit; ipse deinde Dux in castra Hojana profectus, multa de ratione belli consilia confert; & quo firmiori fœdere Hojanum sibi innecteret, pedemque in dicecesi Monasteriensi collocaret, Hojano viginti millia florenorum mutuo dat; quibus Dulmaniam & Strombergam munitissimas arces pignori loco possidendas accepit. Inde junctis armis, nihil Archiepiscopum Coloniensem, nihil Gerhardum Juiæ & Montium Ducem, ac Walramum veriti, socialia belli arma jungunt: unoque armorum impetu Rambstorffium, Vredenam, Halterenam, Horstmariam, Telgerum, Schonefitam, Reinam, Bilderbecam, Sendenhorstium expugnant, & cum his maximam dicecesis partem in deditionem compellunt. Ac ne seditionis specie hæc agere viderentur, jussi sunt præfecti arcium tantisper excedere, dum de certo Episcopo inter ordines conventum esset, qua fallacia Præfectum ex firmissima arce Bevergerdiana elicere, aliumque sibi fidum imposuere; quibus etiam artibus magnam

Joannes
Hojanus
Tutor urbis
delectus
Dicecesin
Monasteriensem ad
suam fidem
compellit.

Walramus
Ep. Hoja-
nam & Cliv-
ensem ex-
communi-
cat.

magnam partem Cleri & Monachorum ad se traxere: hæc qui abnuerent, nec in suam factionem transfirent; illis spolia, exilia, carceres, & supplicia intentata ab Hojanis. Ad hunc conturbatum urbis statum, quo omnia ad placitum Tribunorum plebis & civium agebantur, excessere primarii Canonorum ex urbe, Henricus Drostius Præpositus, Hermannus Langius Decanus, Hermannus Beveren Scholasticus, Hermannus Merfeldius Theaurarius, Theodorus Havenus Vice-dominus, quos & alii plerique Canonici & multi clerici secuti sunt. His hostium injuriis provocatus Walramus Episcopus, arma sacra corripit, Hojanumque & Ducem anathemate percellit, Cliviique provincias sacrorum usu interdicit. Clivius religione ductus, ab his per Eistadensem Episcopum se liberari petit, & impetrat. Hojanus sacrorum omnium contemptor ridere hæc, & multo tumultuosius agere, atque ut militem ad omnia facinora promptum haberet, omnem pecuniam, quæ vel in ærario publico servabatur, vel apud Magistratum aliosque potentiores deposita erat, ad se deferri, & militi in stipendium dari iussit. Et cum cæteris ipse Hojanus egentior urbem intrasset, bona Episcopi & Collegii Cathedralis tanquam in Fiscum redacta ad se atque aulæ suæ splendorem traxit: ærario deinde duo Canonici & duo cives præfecti. Ut vero fulmina Pontificis a se averterent, misere primum Romam abjectum sacerdotem, qui non nisi Roma explosus rediit. Huic malo ut maturiori aliquo consilio occurrant, convocant ordines ad comitia in Larensem campum; ad quæ nobilitas Episcopi, Consules, & civitatum Legati magno numero convenere. Ibi esset Erwinus Comes Benthemensis, alique integrioris consilii viri causam Walrami Episcopi constanter propugnarent; factiosorum tamen iudicio & importunitate decretum, Erico castrum Horstmarientse attribuendum esse, petendumque a Pontifice, ut Ericum sibi Episcopum permittere velit, ejus rei gratia duo rursus presbyteri Romam missi, qui id ordinem & pacis nomine sollicitarent; cætera tantisper, ut constituta occupataque erant, in quiete bona permanerent.

Sed & hujus quietis impatiens Hojanus, mense Octobri Ahusiam, quæ sola fere restabat in fide Walrami, copiis ex urbe Monasteriensi eductis obsidet, acriterque oppugnat. Verum præter spem operosam cassamque obsidionem expertus, quod castrum Oppidumque Rudolphi Ultrajectensis Episcopi milite valido instructum esset; eo & Hojanus furiosus oppugnare, lignea circum propugnacula ex congestis trabibus exstruere, machinas admove, tormentis verberare. Illufere hæc præfidiarii; factaque eruptione, grande Monasteriensium tormentum, quod ab impressione Sturwaldiam dixere, intercipiunt, magnaque hostium insultatione in Oppidum protrahunt. Tracta interim pertinaciter obsidio, dum Comes Benthemensis, Dynasta Ghemensis, Castellani, Novicastrenses, cæterique confederatorum, expugnato hostium propugnaculo, cæsisque centum Hojanorum, Ahusiam obsidione liberant.

Ahusis ab Hojano obsidetur.

Irruperat per hæc Mauritius Comes Oldenburgicus in Septentrionalem dicecesin, captoque Frisoita Oppido, magnas pecorum prædas ex agro Vechtenfi abegerat in comitatum suum. Jam ante Gerhardus Oldenburgicus Comes sexto D. Laurentii Wildeshusium interceperat, & tanquam dicecesis vicinis in prædam data esset, Monasteriensi Episcopo subtraxerat. Quibus cognitis, Hojanus & Gerhardus Kleinhörstius Consul, raptis undique copiis expeditionem accelerant in Embslandiam, adactisque in deditionem Meppena, Vechta, Clopenburgo, Haselünna, omnem illam partem dicecesis sui juris faciunt. Inde Hojanus victoris jactantia Monasterium regressus, omnia pro imperio administrat, ipse Consul, Senatus, urbis tutor, ac Princeps totius dicecesis. Tantos jam spiritus ex sexennii apud Osnabrugenses carcere resumpserat, homo tam projectæ audaciæ, quam omnia illi pro voto succedebant; ut ex magna fortuna, quæ civium insolentia in manus data erat, sese non caperet amplius: vifaque Sufatensium rebellio, adjuvante iterum Clivensi, Monasterium demigrasse, in eaque urbe novam calamitosi belli sedem, qua tota Westphalia jactaretur, collocasse.

Comites Oldenburgici Frisoitam & Wildeshusium intercipiunt.

Joannes C. Hojanus Embslandiam irrumpit, & sui juris facit.

Annus

Walramus Ep. Hojanum & Clivensem excommunicavit.

Annus Christi 1452.

Nicolai V. Pont. 6. Friderici III. Cæsar. 13.

Theodorici Admin. Pad. 37.

Hæc eo liberius patrata, quod Fridericus Cæsar procul in Austria absens; pacem Westphaliæ remissius tractaret, totusque esset in apparatu expeditionis Italicæ, ad coronam augustalem ritu majorum sumendam. Iter mense Novembri ingressus est, adscito in comitatum Alberto fratre, Ladislao adolescente Ungarorum Rege, & splendidissima Austriæ Bohemiæque nobilitate, quem ingens ex Suevia, Franconia, & Rheni provinciis procerum ac nobilium multitudo ultro secuta. Superatis Alpibus, Italiam ipsis Calendis Januarii anni hujus consequentis intravit, mirifico ubique populorum concursu exceptus, demirantium procerum decorumque corporis habitus, & speciosos Germanorum juvenum vultus. Senis commoranti adducta sponsa Leonora, Eduardi Regis Lusitanæ filia, præclaris animi & corporis dotibus virgo. Ad Idus Martii Romam versus progreditur: cui tota Romana nobilitas & Apostolicus senatus se obviam dedit. Ab his Cæsar sub aurea umbella ad gradus Basilicæ S. Petri deductus, ubi Nicolaus Pontifex in eburnea sella confidens, circumstante Cardinalium senatu, Fridericum benigne allocutus excepit. Idibus Martii apud S. Petrum, quod rogat Cæsar, a Pontifice Longobardorum Rex coronatus, ac Leonora per Oratores desponsata, inter Missarum solemnias a Pontifice matrimonio devincta est. Postridie augustalis solemnitas cæpta; ac primum Cæsar, post Leonora imperiali corona decorati. Cæsar inde Neapolim digressus, Alfonso Aragonum Regem salutavit; Iustratisque Italiæ urbibus ac locis, in Germaniam regressus, delatusque in Austriam, Ladislaum tutela sua exsolutum Ungaris Regem permisit, variis exinde fluctibus ac tragicis scenis agitata, quemadmodum a Nauclero aliisque narratur.

Cæsar Italiam ingressus dicitur.

Et Romæ coronatur, ducta in uxorem Leonora, Regis Lusitanæ filia.

Bellum Monasteriense hoc anno aliquanto remissius tractatum est armis, seu quod Dux Clivensis a Philippo Burgundo avunculo imploratus adver-

sus rebelles Gandavenfes pugnari: seu quod cum Theodorico Colonienfi Archiepiscopo novis controversiis commissus. Et Monasteriensis dicecesis ordines, pertæsi ruinas conturbatumque statum, adspirabant ad stabilem concordiam; interpellatusque Dux Gelriæ, Zutphania conventum indixit. Accessere Monasterienses Consules cum duobus Tribunis plebis, e Collegio Cathedrali Hermannus Langius Decanus cum aliquot Canonicis, e nobilitate Gerhardus Morien & Goswinus Kettelerus, alique Monasterienses & Gelriæ proceres. At post longam rerum tractationem omnis labor cassus fuit. Major spes data in Nicolao Cusano Cardinale, Legato Pontificis, quem & Trithemius hoc anno in Germania presentem sistit. Is controvertentium partes Arnheimium evocat, anathemate Monasteriensibus intentato, ni compareant. Ac ceteri licet non inviti; Monasterienses tamen congressum detrectarunt, deluso optimi Legati Apostolici conatu. Ausique per hæc Monasterienses cum Hojano suo signifero arcem Gerhardi Keppelii, quod pravis suis consiliis inter omnes Dynastas constanter obfisteret, aggredi, bellicisque machinis oppugnare; quam cum Keppelius armis non minus quam consiliis invictus fortissime propugnaret, coacti sunt Monasterienses turpi abcessu obsidionem solvere. Arcem hanc post Hermannus, amisso unico hærede filio, convertit in celebre Wedderanum Carthusianorum Cœnobium.

Dux Gelriæ pacem Monasteriensem frustra tentat.

Et Nicolaus Cusanus Apostolicus Legatus.

Hojani Wacerenam oppugnant.

Constantinopolis a Turcis capitur, Nauclerus Trithemius, Cæron, de Belgii, Reynaldus in hisse, Eccles.

Sub Autumnum tertius ordinum conventus indictus Coesfeldiæ, loco partium intacto, auctore Gerardo Morien dicecesis Marefchallo convenere omnium ordinum Legati frequenti numero. Ex his delecti XVI viri equestri ordinis, totidem ex civitatum Legatis: additi Clivensis Ducis Legati; quorum arbitrio ac decisioni omne pacificationis negotium datum, cui omnes acquiescerent. Horum igitur sententia fuit quiescendum ab armis, Oppidaque & castra relinquenda in potestate Ordinum & Præfectorum, donec a Pontifice

Coesfeldiæ aliquo ratio concordia iniit.

fice certus Episcopus imponeretur. Satis nimirum intelligebant viri prudentes, nunquam sese ex his turbis, ut postea compertum est, sine suprema Pontificis auctoritate ac decisione evolvere posse. Lati quietique omnes ad hunc conventum pacis; urbs cum primis Monasteriensis, in quo festi ignes, campanarum compulsatio, in templis gratiarum actio, & gratulantium voces in foro & compitis audita. Hic vero cum omnibus bene esset, nulli pejus fuit quam Hojano Comiti, quod hæc concordia imperium sibi obrogandum, & ad Pontificis iudicium appellatum intelligeret, quo nihil illi magis invisum erat. His igitur adeo exacerbatus est, ut illico sese ex urbe in Comitatum Hojanum profugus subtraxerit; quem mox Magistratus litera subsecuta sunt, quibus monebatur, ne prius in urbem rediret, quam a Magistratu revocaretur. Verum, ut inquietum erat hominis ingenium, non sibi temperare potuit, quin ad assuetum urbis imperium, & prædæ dulcedinem festinaret; rursumque in pervigilio D. Thomæ ad castrum Teclenburgici Comitis accessit

propius, quocum per festa Natalitia Christi de reditu in urbem Monasteriensem consilia agitare cepit. Vix dum festi dies effluxerant, cum denuo in urbem penetravit, alteramque concitata plebis scenam dedit: luculentum simul documentum, quantum vel unum turbulentum caput in perturbanda Repub. valeat.

Hoc præterea anno Nicolaus Pontifex Albertum Mindensem Episcopum, quem ante triennium Osnabrugenses Administratorem suum delegerant, ab hoc munere submovit, cum alias ob causas, tum quod factionem Hojanorum adversus Walramum Monasteriensem Episcopum armis socialibus aleret: iussitque Canonicos Osnabrugenses alium Episcopum legere; in quo cum illi tardarent, Pontifex Rudolphum Diepholdium Osnabrugensibus Administratorem dedit, virum ea tempestate magnæ auctoritatis ac potentia, Hojanæque factioni apud Monasterienses infestum; id quod consilio Theodorici Colonienfis Archiepiscopi factum opinari libet.

Amoto Alberto, Pontifex subrogat Rudolphum Diepholdium Episcopum Osnabrug.

Annus Christi 1453.

Nicolai V. Pont. 7. Friderici III. Cæsar. 14.
Theodorici Administ. Pad. 38.

Annus dehinc quinquagesimus tertius sæculi advenerat, luctuosus, si quis alius, orbi Christiano. Hoc enim anno expugnata a Turcis Constantino- polis: trucidata immani laniena innumera Christianorum multitudo, milites, cives, sacerdotes, Monachi, religiosi, sacratæ Deo Virgines, viri, mulieres ac juvenes; non sexui non ætati parcitum: Constantinus Palæologus Imperator in ipsa porta obritus, & capite truncatus, quod deinde per castra circumlatum. Post cædes hominum furor barbaricus versus in sacrorum templorum & Cœnobiorum profanationem ac ruinas: Basilica S. Sophia, toto orbe celeberrima, versa in equorum stabulum: crucis effigies, imagines, Divorum reliquiæ aut in cœnum projectæ, aut per ludibria pedibus proculcatæ; nihil usquam sacrum relictum, ne vestigium christianæ religionis superesset; sicuti & SS. Patrum libri in mare projecti. Hoc urbis exitio, & Imperatoris interitu Orientale Imperium ad Turcas

translatum, iusta Numinis pœna. Quemadmodum Nicolaus Pontifex paulo ante Imperatori eventurum vates scripserat. Quippe Græci, quam cum Ecclesia Catholica in Concilio Florentino concordiam inierant, eam perfide rupere, ad schisma relapsi; & qui Spiritum S. a Patre & Filio procedere negabant, ipsis sacris Pentecostes diebus in manus barbarorum venerunt. Agebantur hæc, Regibus & Principibus christianis per universam Europam aut odiis inter se dissidentibus, aut armis digladiantibus.

Borussia quoque, quæ hætenus Westphalicæ nobilitatis palæstra fuit & tropæum christianæ religionis importatæ, adversus Magistrum Teutonicum quinquaginta urbium & Oppidorum conspiratione rebellare cepit. Imploratoque Polonia Regis auxilio, bellum gravissimum arsit, quo supremus Magister atque ordo, qui se hætenus Regibus pares ferebant, devicti, exutique majo-

Amittitur Borussia ob sævitiam Teutonorum in Boruffos exercitam.

Dux Gelric pacem Monasteriensem frustra tentat.

Et Nicolaus Casanus Apostolicus Legatus.

Hojani Woderenam oppugnant.

Constantinopolis a Turcis capitur, Nauclerus Trisemius, Coben, M. Belgii, Raynaldus in histor. Eccles.

Coesfeldie aliqua ratio concordiae initur.

majorum dominatu; cujus pars rebellibus Boruffis cedit, pars Regi Poloniae; interque urbes Mons regius, Mons Mariae, Gedanum florentissimum ejus regionis emporium, ad Polonos defecere. Causa rebellionis favitia Teutonorum in Boruffos, qua se tractari querebantur. Tam commune tum malum erat, non modo per Saxoniam & Germaniam, sed & per Septentrionem, urbium rebellio, affectantium ampliosem semper libertatem; quam postea ex Lutheri haeresi, excussa etiam majorum religione, multo infaniorum invenere. Idem furor Monasterii hoc anno repetitus a civibus.

Joannes
Hojanus
urbem Mo-
nasterien-
sem rursus
ad re-
bellionem
excitat.

Enim vero postquam Hojanus Comes sub exitum anni prioris in urbem irrepserat, perquam anxius fuit Magistratus, uti importuni hominis praesentia se liberaret; ac nihil consultius habuit, quam egenti consuetae vitae praesidia, familiae victum & impensas, equis etiam pabulum subtrahere; quod persuasi essent, fore, ut domestica egestas hospitem laetis assuetum urbe expelleret. Id ubi callidus homo advertit, cepit veteres amicorum animos & loculos sollicitare, tantumque pecuniae credito accipere, quantum illi ad novam scenam, quam reparabat, necessarium esset. Inde Symposia denuo gratis dare: ad convivia invitare cives, & invitatus nullius mensam spernere, Comes inter primarios, cives inter plebeios: singulis pro sua sorte & ingenio se ultra offerre & fingere; ac postquam civium animos rursus se occupasse vidit, tum conventicula instituire, ordinum consilia damnare, publicae pacis conventum per jocum explodere, longe meliorem Reipublicae formam fortunamque polliceri, si modo ut antea se Ducem sequi velint. Quibus in privato persuasis, populum palam in area Basilicae, quem Campum Dominicum dicunt, convocat in concionem. Ibi ille coram circumfusa multitudine perorae, ostentare sua merita, dilaudare civium fortitudinem, exigere fidem, quam sibi & Erico fratri jurassent. Stabant arrecti cives, singula Comitum dicta, gestus nutusque approbantes; quorum ille animos, ut vehementius accenderet. Quid, inquit, nunc lenti spretique agitis cives? vestra constantia & virtute militari subacta totius

prope dicecesis Oppida & castra, quae nunc vobis inconsultis traduntur in alienas manus: maximum ordinum robur in urbis vestrae potentia, summa vestra auctoritas haecenus apud omnes, quo illa per contemptum recidit? quando ne auditis quidem civibus, ego tutor vester, & e vobis delectus frater meus Ericus Episcopus exauctoratur: unum vestrum nostrumque Imperium haecenus fuit, quo ab ingratis ordinibus spoliatur. Walramumne Theodorici Archiepiscopi fratrem feretis Episcopum & Principem vobis imponi? dominatum videlicet Morsanorum, & cum eo jugum & servitium urbis vestrae suscipietis? annon ante oculos vestros Susatum, & in eo tot fortes cives, pristinae libertatis vindices? extrema illi maluere, quam id jugum subire; & fortuna illis adfuit ex eorum constantia; vobis exemplum proponitur. Satisne Henricum horum fratrem experti? quam ille servitutum explere non potuit morte praereptus, hanc a Walramo fratre exspectabitis? Vestro ego rogatu & bono Ducem Clivensem attraxi in foedus nostrum & auxilium, eo belli socio, ejus armis dicecesin vestrae potestatis feci, ut eo libertatis vindice Susatensium libertatem in hanc urbem & dicecesin introducerem; quem nunc pari contemptu, quo me & Ericum fratrem abiecit. Quae haec fides, quae religio foederis, quae injuria tanti Principis? creditisne Clivium haec inultum laturum? sed haec omnia facile corrigi possunt, si & vos, & praefecti castrorum Oppidorumque Erico fratri meo rursus fidem juretis, & me in eam, qua dejectus sum, Tutoris dignitatem potestatemque reponatis.

Multa hujusmodi Hojanus Comes; ad quae tantus civium motus exarsit, ut facta conjuratione in curiam prorumperent, & postulato Comitum satisfieri urgerent. Et cum Magistratus responderet, fas sibi non esse Ordinum decreta mutare, instare vulgus & fremere. Territus Consul Wickius, ad mitigandos civium animos Tribunus plebis appellat; eo furiosius plebs hortante Hojano Magistratum sollicitare, pulsare ostia, intentare minas. Obsessus in medium usque noctem Magistratus coactusque non modo permittere civibus Erico a se delecto Episcopo juramentum

Rodolphus
Ep. Ultra-
jectinus
Monasterium
obfidet.

Walramus
Ep. Diocese-
su inges-
sas juca-
mentum a
Coessels
densibus
accipit.

mentum fidei dicere, sed & polliceri, velle se ceteras quoque civitates ad idem juramentum inducere. Hæc per Quadragesimam agebantur; ad quam novam seditionem multi e primoribus & civibus urbe emigrarunt; quorum bona Hojanus Comes direptioni dedit. Mox senos ex Optimatibus, quorum fides illi suspecta erat, in carcerem arripuit; Inde collectis quadringentis equitibus, furibundus per urbis plateas circumvectus omnes ad arma impellit. Post Pascha Warendorpium digressus, plebem adversus Senatum concitat, & in suam factionem pertrahit. Idem illi labor in cæteris Oppidis sibi adjungendis fuit; ardebatque tota dicecesis nova armorum conspiratione.

Quæ postquam ad Nicolaum Cusanum Apostolicæ sedis Legatum relata fuere, Rudolpho Ultrajectensium Episcopo auctor est, ut miseræ dicecesi subveniat. Et ille militari ingenio præful, & fratris repulsâ offensus, copias contrahit. Adjungere se Rudolpho Comes ac proceres, Benthemensis, Gehmenensis, Wischius, Battenburgius, Brunckhorstius, nec non pauci ex equestri Ultrajectensi & Monasteriensi ordine viri; quibuscum mense Augusto in Monasteriensem dicecesin progressus, Vredenam rursus Hojano eripit. Inde interiora dicecesis peragrandò, militem ad Grevoniam per Amasim traducit, urbem Monasteriensem ad obsequium redacturus; castrisque inter portam D. Ægidii & Ludgeri positis, molas aliquot alatas, quæ vento circum aguntur, exurit; propiusque mœnibus urbis Monasteriensi succedens, tantum terrorem iniecit, ut nisi per id tempus Hojanus a Cliveni Duce reversus cives animasset, urbs sese deditura fuisset: Quare Telgetum movit; direptoque Oppido, Warendorpium aggressus est. Ac eam quidem urbem incolis populosam, injectis igneis globis, & obfisione acrius pertentavit; ac civium pertinacia repulsus, retro unde venerat, cum exercitu in provinciam suam rediit.

Subinde mense Septembri Walramus Episcopus, Theodorici fratris & Rudolphi Ultrajectensis Episcopi milite adjutus, dicecesin ingreditur; ac pridie Natalis Virginis Coesfeldiæ a Magistratu in urbem admittitur, rem eo deduxit,

ut fidem sibi plerique civium jurarent. Nam civitatum aliæ Hojanæ factionis, aliæ Walrami partium erant, quædam mediæ neutri parti accedebant; quo malo etiam nobilitas distracta. Hojanus interim Monasterii in Metropoli dominatum firmabat; quæ ex urbe cum totius denuo dicecesis imperium spiraret, nec viribus tantæ rei par esset, multosque Optimatum suis machinationibus sibi adversari intelligeret; alios terroribus, alios direptione bonorum, alios carceribus aggressus est. Interque captivos fuere duo consulares viri, septem senatores, cives viginti duo, omnes in exilium projecti, septem duntaxat exceptis. Eo nunc securius cum plebe urbis imperium capessit, omniaque pro arbitrio agit, novum suæ factionis senatum legendo, judicem rerum capitalium urbi imponendo, promiscue cives ad arma compellendo: non Senatores, non patricii, non imbelles, non sexagenarii etiam exempti. Hac urbis conturbatione plebs cum Tribunis plebis in Collegium ordinis Teutonici irruit, domum ac templum spoliat, sacerdotes extra immunitatis septa exturbat. Idem Canonicorum ædibus, Cœnobiis Monachorum & Virginum intentatum. Stabat Basilica D. Pauli vacua, sine sacrificio & cultu religionis; quod Canonici, præter duos Hojanæ factionis, emigrassent. Non alia quam furiosæ hæresis urbem ingressæ species erat. At nihil magis urebat Hojanum, quam Rudolphum & Walramum Episcopos dicecesin ingressos armis sibi insulasse, Oppidumque Vredense eripuisse. Igitur post utriusque Episcopi discessum armatam Monasteriensem urbem eduxit in campum, mandatumque Consulibus & Senatoribus, armati secum procederent, aut manibus pedibusque yinctos bigis imponendos trahendosque. Frustra Consulibus invalidam bello atatem, aliis alia obtendentibus, rapiuntur cum tumultuario milite extra urbem, quo Hojanus Vredenam Oppidum recepit. Eo successu inflatus, multo quam ante insolentius sævire cepit in primores; quorum magna rursus pars ultro in exilium abiit; alique Lubecam, alii Hamburgum, alii Tremoniam, alii ad alias urbes Hanseaticas profecti, auxilia contra Hojani dominatum imploravere. Tantum jam audaciæ erat in uno Hojano Comite,

Joannes Hojanus ad urbis & Dicecesis Monasterii dominatum aspiravit.

Conturbatus urbis Monasterii status.

Rudolphus Ep. Ultrajectensium Monasterii obfidebat.

Walramus Ep. Dicecesis ingressus juramentum a Coesfeldensibus excipit.

000

mite, qui non modo spreta Pontificis, sed & Cæsaris, & Metropolitanis, atque ordinum auctoritate, regiam quandam potentiam ex rebellionem civium

sibi fumere visus est; tanquam ex Anabaptistarum furis Joanni Leideni, infano eorum Regi, ea in urbe præludia faceret.

Annus Christi 1454.

Nicolai V. Pont. 8. Friderici III. Cæsar. 15.

Theodorici Administratoris Pad. 39.

Raynaldus
in histor.
Eccles.
Æneas
Sylvius
epist. 127
Huterus
lib. 4.
Agitur in-
ter Imperii
Principes
de expedi-
tione con-
tra Turcas

Distrahebant per id tempus Cæsarem & Principes publicæ & graviores Imperii curæ, quo minus rebellionem Monasteriensis comprimendæ manum admoverent. Amissa enim anno superiori Constantinopoli, & Mahomete II. Turcarum Imperatore per christianas regiones grassante, anno sequenti, ad Nicolai Pontificis hortamenta & literas, Fridericus Cæsar prima Ratisbonæ Germanorum Principum comitia indixit, in quibus consilia de sacra adversus Turcas expeditione sunt agitata, perorante Ænea Sylvio Senensi Episcopo ac Cæsaris Legato. Mense deinde Octobri alia Francofurti comitia habita; ad quæ cum rariores accederent Principes, torpore christianorum, & dissidiis, quibus inter se conflictabantur Reges ac Principes, præclara illa consilia evanescere.

Diœcesis
Monast. in
plures par-
tes distra-
cta variis
dominis
paret.

At in nulla Saxonie inferioris Germaniæque parte conturbatio rerum status, quam apud Monasterienses, ex fœdo bello, quod in quintum annum trahebatur. Scissa nimirum diœcesis in sex partes a sex Dominis erat distracta. Tenebatur Coesfeldia, Halterena, Borckena, & Bucholdia a Walramo, vero Monasteriensium Episcopo: Ottenstenium & Ahusia a Conrado Diepholdio; vicario Rudolphi Diepholdii Ultrajectensis Episcopi munere: Dulmaniam & Strombergam infidebat Johannes Dux Cliviæ: Oppidum Wernense possidebat Marchiæ Comes, Ducis patruus. At Monasterium, Warendorpium, Vredena, Ranstorpium, Reina, Bevergera & tota Embslandia in potestate Joannis Hojani Comitis erat; Erico vero fratri Horstmaria & Wolbeca cum amplissimis Satrapiis cesserat in prædam, penes quem & sigillum Episcopale erat. Hunc miserandum in modum nobilissima illa diœcesis, tot hostium dominatrix, discerpta jacebat, dominatu interim ad Hojanos redacto. Hinc Hojanus Comes, turbamentum

Westphalia, postquam denuo Monasterium, Episcopatus Metropolim, civium conspiratione in potestatem acceperat; crebris excursionibus circumferre arma, Halterenam prodicione civis Walramo Episcopo eripere, Comitum Lippiensem & Gerhardum Keppelerum, qui cum trecentorum equitum agmine venerant ulturi civium rebellionem, cum clade in conspectu urbis profligare.

Adfunt per hæc Legati e Collegio Hanseaticarum civitatum, a quibus senatus populusque Monasteriensium Lubecam postulatus ad dicendam causam ejectorum, qui ad se confugerant, civium, Monasterienses licet ad primum conventum vigesimo die Maji indictum se sifterent per oratores, excusarentque sibi nihil in mandatis esse de civibus recipiendis; post tamen, ubi ad 17. Calend. Novembris citati non adfuere, expuncti sunt e numero Hanseaticarum urbium, exclusi a mercimoniorum societate & privilegiis, proscripita singulorum bona & in publicam prædam data. Subinde nuncio minus grato intelligunt Theodoricum Coloniensem, Rudolphum Ultrajectensem, Walramum Monasteriensium Episcopos, cæterosque fœderatos armare se ad diœcesin Monasteriensem occupandam. Tum vero Hojanus, ut vigilis solertisque erat ingenii, implorare etiam vicinorum Principum auxilia; traxitque in societatem armorum Fridericum Ducis Brunsvicensis filium, Comitem Schawenburgicum, Pymontanum, Plehsensem, & quotquot turbulenta uspiam ex proceribus & nobilitate capita investigare potuit. Hi cum auxiliaribus copiis sexto Idus Junii Monasterium ingressi, magnoque Hojani & civium Monasteriensium plausu excepti, diœcesin novo terrore compleverunt. Nec multum quieti, uno cum Hojano impetu facto, Coesfeldiam armari petunt, urbem post Monasterium primariam, & fa-

Monaste-
rienses e
numero
Hanseaticarum ur-
bium ex-
punguntur

Coesfeldia
ab Hojano
& confu-
deratis ob-
siderunt.

Cives Mos-
ast. in vin-
culo abri-
piuntur &
in exilium
pelluntur.

Theodori-
ca Arch-
ep. Colon.
Diœcesin
Monast.
cum confu-
deratis in-
vadit.

& factionibus divisam subacturi. Coesfeldienses veriti, ne alteram belli sedem ad se transferrent, discordantes animos junxere in concordiam. Quo comperto, hostes vastatis circum agris Monasterium se recepere, omnem infelicis successus indignationem vertendo in Monasterienses cives, & illi Coesfeldensium exemplo ceteros Monasteriensium cives adversus se concitarent. Capti igitur ex his viginti honestissimi viri, & in carceres abrepti; quos inter ararii praefectus Hojani manu prehenus, & in tetrum ergastulum protractus. Qua Hojani savitia conspecta, Thomas & Bernardus Schenkingius, Engelbertus Wickius, Conradus Polemannus, Goddefridus & Christianus Kerkeringius, aliique Senatorii ordinis viri, ac plerique Patritiorum, relicta urbe, ultro in exilium abiere; quos Pastor ad S. Lambertum, Decanus D. Martini, & plerique Sacerdotes ac ministri consecuti sunt; quorum magna pars etiam ab Hojano per vim ejecta. Perstiterunt duo tantum Canonici Cathedrales Henricus Keppelius decretorum doctor, & Alexander Oerius ab initio Hojanae factionis homines. Urbe in hunc modum primaria viris, sacerdotibus ac Clericis vacuata, liberum Hojanus cum plebe & civibus dominatum arripuit, omnes, quotquot arma ferre poterant, militiae adscribendo, quot cives, tot armati milites; ut tum passim per omnes Saxoniae & Westphaliae urbes mos erat.

At hanc Comitis insolentiam brevi adversa belli fortuna & illata clades repressit. Quippe Theodoricus Coloniensis Archiepiscopus, & Walramus frater delectus Episcopus, tot Hojani & Monasteriensium injuriis provocati, militem, quem collegerant, in unum contrahunt; quibus se adjunxit Rudolphus Trajectensis Episcopus, Simon Comes Lippiensis, sorore Theodorici & Walrami genitus (quem post excessum Theodorici Administratoris Paderborna Episcopum sortita) Bernardus Comes Bentheimensis, Dynastae Gemenfes, & magna pars nobilitatis Gelriae, Juliae, & Montium a Gerhardo Duce submissa. Et jam validus exercitus convenerat; quocum Archiepiscopus, transitu Luppia, dioecesi Monasteriensem ingressus, Dulmaniam ad deditio-

compellit, ibique sedem figit. Ad hanc famam hostilis exercitus Hojanus & Brunswicensis Monasterio omnes copias educunt, quibus magna pars civium Monasteriensium se laeta armataque conjunxit. Itur hosti obviam, & Cenobium Varlarense haud procul Coesfeldia occupatur, muniturque castris circumpositis & firmatis. Stabant jam utraque castra haud procul sibi opposita, illa ad Dulmaniam, haec ad Varlarense Cenobium, media inter haec Coesfeldia. Archiepiscopus & Walramus, qui transactione pacis prius, quam cruento praelio decerni rem optabant, Hojanum data securitate in castra sua evocant. Adest ille intrepidus, rogatusque pacem malit an bellum, cecepit tergiversari, & omnia pacis consilia eludere, homo cui in pace egestas, in bello opulencia erat: itaque etiam se ex castris subduxit, festinatisque itineribus ad Ducem Clivensem perrexit, consilia & auxilia sollicitatum. Interim Duci Brunswicensi in mandatis dederat, ne prius in hostem moveret, quam Consulem Monasteriensem, quem & Clivos secum duxerat, in castris conspiceret, referretque de auxiliis, quibus ipse cum Duce accessurus esset, ea vero cum tardius advenirent, quam impatiens morae & bellicosus juvenis Dux Brunswicensis ferre posset, militem e castris in apertam planitiem inter Varlarense Cenobium & Coesfeldiam produxit, ut tumuli castrorum adhuc monstrant. Nec Archiepiscopus cum suis segnior, quod Hojanum castris abesse didicerat, ultro obviam progressus est hosti. Postquam uterque exercitus in conspectum venit, datum utrimque pugnandi signum; acrique mox & accipiti diu praelio decertatum. Brunswicensis pertinacem hostis aciem fracturus, in medios hostium cuneos projectus equo, dum fortius, quam cautius pugnat, capitur, ceteris circa Ducem caesis: mox pleno impetu incursum a Coloniensibus. Restitere aliquamdiu fortiter Hojani. At cives Monasterienses cruentis his praeliorum spectaculis infueta, ad primos congressus dissolvuntur in fugam, neque ullius Ducis imperio retrahi se passi sunt. Tum vero tota hostium acies disjecta fugataque. Haesere a tergo victores; majorque strages in fugientes cives Monasterienses, quam praeriantes edita. Pugna haec fe-

O o o a

ito D.

Cives Monasterienses in vincula abrepti, & in exilium pelluntur.

Monasterienses e numero Hanseaticorum urbium exspunguntur.

Theodorici Archiepiscopi Coloniensis Dioecesi Monasteriensi cum confederatis in vadit.

Caedes Ducis Brunswicensis & Monasteriensem.

Coesfeldia ab Hojano & contra dederat insulerunt.

sto D. Arnulphi die, decimo videlicet octavo Julii, consignata. Captus & Comes Schawenburgicus, cæsi sexaginta ordinis equestris viri, centum præterea, & sedecim cives Monasterienses. Magnum hujus victoriæ momentum fuit Conradus Diepholdius Osnabrugensis Præpositus, qui fortiter inter milites pugnando primum hostium acies fregit. Ingens victoribus præda cæssi: trahebat Ghemensis Dynasta Brunswicensis Ducem captivum, quem ut in sua potestate haberet Theodoricus Archiepiscopus, emit ab eo captivum Ducem 1600 florenis.

Cladis hujus nuncius postquam Monasterium perlatus, incredibile, quæ mulierum comploratio, quæ civium consternatio urbem replevit; nihilque certius habebatur, quam urbe potituros fuisse Episcopos victores, si modo exercitum per absentiam Hojani Comitis admovissent. Adeo major sæpe felicitas, victoria bene uti, quam vincere; cadavera prostratorum civium magnam partem Monasterium transvecta, conditaque in cœmeterio apud Franciscanos Monachos, ubi exinde anniversaria funerum sacra habuere. Nobiles illustriorisque nominis milites, qui in acie Episcoporum occubuere, pars in Varlerani Cœnobii templo, pars Coesfeldiæ honorifico tumulo illati. Dux Brunswicensis primum Coesfeldiam, deinde Coloniam captivus abducitur. Dux Clivensis, accepto cladis hujus nuncio, omnia quoque belli hujus consilia abjecit. Hojanus Monasterium reversus lugenti urbi mœstiam addidit, sæviendo in cives carceribus, proscriptione honorum, & supplicii; actusque ex his in rotam civis ob levem prodicionis suspicionem, qui a plerisque innocens est habitus.

Mitiora Archiepiscopi & Walrami fratris consilia fuere; hi ne per vulnera dicecesis arma traherent, Hojano se de novo ad pacis tractationem Coloniae obtulere. Sed nec ille sana pacis consilia admisit, nec de captivo belli socio Duce Brunswicensi liberando sollicitus fuit; intraque urbem Monasteriensem se continuit, læcessit magis, quam læcessendo alios.

Inter hæc Bernardus Comes Lippiensis, qui Walrami Episcopi Mona-

steriensis partes propugnabat, & Nicolaus Comes Teclenburgicus, qui Hojanæ factionis censebatur, privato inter se bello commissi. Belli causa Rhedanum ad Amasim castrum, quod ex veteri lite, de qua supra relatum, repetebat Lippiensis; eoque armatus irumpit in dynastiam Rhedanam, vastando non modo incolas, sed & Cœnobium Virginum Hersbrochianum, templaque passim obvia sacrilege spoliando. Quibus Teclenburgicus, qui hæc ex Rhedano castro spectabat, exacerbatus, milite & incolis ad arma convocatis, Lippiensem aggressus; ac licet viribus longe impar, turpi clade illata profigat. Capti centum & quinquaginta equites Lippienses, & cum his multi nobiles, Lippiensis agræ inter paludes elapsus in vicinum Wiedenbrugense Oppidum; quem Teclenburgicus infecutus, Oppidum incingit, Comitemque Lippiensem sibi dedit poscit. Et ille ut se præsentis periculo eximeret, captivum se Wiedenbrugensi Magistratui & Capitulo Osnabrugensi offert, simul eorum tutelam sese subji-ciendo; quem & Wiedenbrugenses in tutelam suscipere. His indignatus Teclenburgicus, Oppidum artius obsidione premit, injectisque ignibus magnam partem exurit; at ea Wiedenbrugensium in propugnando fuit constantia, ut Teclenburgicus demum militem abducere coactus fuerit. Nec tamen ab hostilibus destitum, donec per Osnabrugensis Capituli primores res ad hæc pacis leges adducta: Teclenburgicus lytrum captivorum, quod mille quingentorum florenorum posebatur, ultro remittat, & bis mille florenos Lippiensi addat; in vicem castrum Rhedanum cum dynastia retineat. At ea, quia extorta erant, crebro post litem & arma resuscitarunt in Teclenburgicum. Res demum post aliquot annos a Conrado Diepholdio Osnabrugensi Episcopo, Ottone & Jodoco Hojanis Comitibus, Joanne Ritbergio Comite, aliisque, quibus & Erwinus Consul Osnabrugensis arbiter interfuit, firmius transacta, ea lege, ut Teclenburgicus ad priorem summam bis mille florenos adderet Bernardo & Simoni Comiti Lippiensi; quibus numeratis, perpetuo jure Rhedam cum dynastia retineret.

Comites
Lippiensis
& Teclen-
burgicus
inter se
committuntur ob
castrum
Rhedanum
Erwinus
in Chron.
Osnabr.
Hamelman.
in Chron.
Wittus in
Chron. m. f.

Diploma
Friedrich
Imperat.
ex. H. 11. 11.
P. Maur.
de Bar.
Hammel.
in Chron.
Osnabr.
Udo. E.
m. 11. 11.
Ulicus.
in Chron.
illis Dor.
nus Com.
Imperii
Colare
creatur.

Gobelin.
com. P.
E. 11. 11.
Sylvius
11. 11. 43.
S. Anton.
Naucler.
Chron.
Platin.
vita Nico.
Erwinus
annal. Tr.
Raynald.
11. 11. 11.
Nicolao
tincto su.
cedit Por.
tifex Ca.
stus III.

Cæterum hoc anno Fridericus Cæsar Ultricum Frisiæ Orientalis dominum Comitem Imperii creavit, magnifico diplomate impertito, quo Neapoli in Austria ad initium Septembris consignatum. Illis in literis populos inter Amasim ac Vifurgim ejus moderationi subjicit, ipsamque Frisiæ Orientalem feudi titulo adire facit, sancte simul præscribendo, ne quid hac largitione Imperio aut Imperatori decedere patiatur. Uti vero Embdam, vetus Ecclesiæ Monasteriensis patrimonium, quod Emmius retulit, cum cæteris Oppidis & locis in feudum transferbat; haud alio, quam per conturbata diæcesis illius tempora, neglectu factum; quod Waltamio Episcopus ab Hojanis jactatus possessionem Ecclesiæ suæ nondum adierat: aut certe ad rebelles Frisiæ populos continendos (qua in re hætenus magnopere Ultricus fortitudinem probat) id a Cæsare indultum; salvo in Embdam & præposituras Frisiæ Episcopi Monasteriensis jure. Quanquam & Emmius fateatur multa in eo diplomate contra libertatem Frifonum ignaris po-

pulis obrepisse, ob quæ Ultricus id non statim proferre in lucem ausus fuerit. Ab hoc Ultrico primo Frisiæ Comite cæteri ad nostra tempora propagati; interque hos etiam Comites Ritbergenses, præclara ejus familiæ stirps.

Sustulit & hic annus pridie Nonas Aprilis Ewerwinum Comitem Benthemensem, qui ex Guterswichii dynastis, ducta in uxorem Hedwige Bernardi ultimi Comitis filia, Comitatum adierat, eaque extincta duxerat filiam dynastæ Steinfurtenfis, unicam ejus dynastiæ hæredem. Filios reliquit Bernardum, quem Comitem Benthemensem, & Arnoldum, quem dynastam Steinfurdensem scripsit hæredem. Magnum in Ewerwino amisit patronum Walramus Monasteriensis Episcopus, cujus ille causam bello hoc constanter propugnarat adversus Hojanos. Quippe vir, quem ætas illa germani candoris, & præcæ religionis spectavit Comitem æqui & pacis amantem, inter sacros homines religiosum, inter Comites militem.

Ex M. S. Bentb. Witzius 301 Chron. Chron. Monast. Moritur Ewerwinus Comes Benthemensis.

Annus Christi 1455.

Callisti III. Pont. I. Friderici III. Cæsar. 16. Theodorici Administ. Pad. 40.

Bellum subinde, quod adversus Turcas casto successu agitatum diximus, id anno proximo procurrentis sæculi, qui Christi numerabatur quinquagesimus quintus, magnis rursus consiliis apud Neapolim Austria in celebri Germanorum Principum conventu pertractatum est; interque Principes, qui id potissimum præsentente Friderico Cæsare sollicitarunt, fuere Jacobus Trevirensis Archiepiscopus, & Albertus Marchio Brandenburgicus: accessere Ungariæ præfules, aliorumque Regum Legati; obtulitque Philippus Dux Burgundiæ validissimum exercitum signo cruce insignitum, quem ipse duceret. Sed hanc expeditionem abruptit excessus Nicolai Pontificis, quem mors octavo Pontificatus anno, xxiv Martii, præclare de literis & literatis viris, & de christiana Republ. meritum sustulit; creditusque fuit non tam febrî quam merore amissæ Constantinopolis consumptus. Nicolao mox xii. Calend. Aprilis subrogatus Cardinalis Alphonfus Borgia Hispanus,

qui Callixti III nomen sumpsit, vir juris utriusque peritissimus, & justitiæ amantissimus. Nihil quoque hic sollicitius habuit, quam pro concepito voto christiani orbis viros ad frangendos Turcarum furores armare.

Theodoricus Colonienfis Archiepiscopus Administratorque noster, cujus maxima inter Electores ac Principes Imperii auctoritas erat, domesticis pro Walramo fratre bellis involutus, & magno ære ex utroque bello Sufatenfi & Monasteriensi obrutus, non eam quam bello Bohemico adjutricem manum adversus Turcas porrigere potuit.

Ardebatque adhuc bellum Monasteriense obstinatione Hojani Comitis. Receperat is, ut diximus, anno superiori Vredenam Oppidum, firmoque præsidio munierat ad fines diæcesis, suspecto molestoque Ultrajectensi cum primis Episcopo, & Geldriæ Duce. Quare eorum copiis incinctum oppidum,

Vredena ab Ultrajectensi Episcopo obsidetur.

Comites Lippicenses & Teclenburgicus inter se committuntur ob castrum Rhedanum Ewerwinus in Chron. Ofuabr. Hamelman. ut in eius autar. Wittius in Chron. m. f.

Gobelin. in com. p. 11. Eneas Sylvius epist. 43. S. Anon. p. 3. Nacler. in Chron. Platin. in vita Nicolai breviter in anal. Trev. Raynald. in hist. Eccl. Nicolao ex tincto succedit Pontifex Callistus III.

dum, ceptaque magnis animis obfidio, extructa propugnacula, admota tormenta; quæ omnia Hojanorum præfidiariorum & Oppidanorum constantia fortiter repressa sunt; donec Hojanus cum Monasteriensium turmis advolaret, importataque annona & milite obfisionem multo difficiliorem faceret. Inde Monasterium versus se recepit, in reditu Schoppingiæ Oppidum adorsus. Verum Oppidanis ad arma convolantibus, & saxa telaque in subeuntes detorquentibus, ab incepto desistere coactus est. Sauciatu inter cæteros ipse Hojanus Comes; cumque vulnus equi concussionem non ferret, curru impositus, Monasterium deportatus est.

Et Schoppingia ab Hojano Comite.

Coesfeldia rebellis Hojanum Comitem respicit.

Vix dum a vulnere recreatus Comes, cum positus inter occulta saltuum insidiis, Coesfeldiam pertentat; emissique, qui cives provocarent. Dolo animadverso, Magistratus quenquam exire vetat, non tamen se continere cives, qui Walrami partes susceperant; temerèque prorumpendo, cum clade multorum repelluntur. Orta mox inter ipsos cives Coesfeldiensis seditio, quique Hojanæ factionis erant, Hermannum Langium Decanum: qui pro civibus in officio continendis a Walramo Episcopo relictus erat, indigne tractant; nec multo post ipsum Hojanum, qui specie pacis componendæ se offerebat, intra urbem recipiunt. Et ille, qua erat solertia ingenii, totam prope civitatem in suas partes pertrahit. Quo comperto, qui Vredenam oppugnabant, obfisionem solvunt. Hunc in modum passim tumultuatim per oppida, insania populi, iudicium sibi & arbitrium in deligendo Episcopo vendicant.

Moritur Rudolphus Ep. Ultrajectinus,

Inter hæc flagrantia bella amisit hoc anno Theodoricus Archiepiscopus Coloniensis Rudolphum Ultrajectensem

Episcopum fidum hæctenus belli Monasteriensis adiutorem, quem mors gesto in xxiii annum Episcopatu post magnos labores mærore absumpsit. Indixerat is tributum ad æs alienum ex bello contractum dissolvendum; id cum Clerus juxta ac populus recusaret, omnisque potestas urbis esset penes Collegia opificum & plebem, haud secus quam Monasterii agebatur; ad insanæ plebis voces non modo per omnia templa campanæ, sed & pelves per urbis compita compulsatæ; orta que fœda populi seditio, qua Magistratus, quod Episcopo faveret, exauctoratus, aliò ad plebis vota sublecto. Ea injuria provocatus Rudolphus Episcopus consilia cum Philippo Burgundiæ Duce contulit, filioque ejus Davidi Morinorum Episcopo Ultrajectensem Episcopatum detulit, viro licet extra matrimonium genito, magnis tamen virtutibus exornato. Quæ dum agitantur, moritur xxiv Martii Rudolphus, subrogatusque a Clero Gisbertus Brenero-dius. At Pontifex, rejecto Brenero-dio; ob merita Burgundi, & spe auxilii adversus Turcas, Davidem Burgundi filium iussit esse Episcopum; qui patris auctoritate atque ope urbem a servitute tributaria, qua a civibus premebatur, liberavit, & diocesis adversus hostes feliciter propugnavit. Ea nimirum tum tempora inciderant, ut vel armatos, vel potentiorum Principum filios Episcopos deligere necesse fuerit ad urbium insolentiam refrenandam. Et vero quia idem Rudolphus Osnabrugensis Ecclesiæ Administrator erat, in ejus locum a Canonicis Conradus Diepholdius, Rudolphi ex fratre Joanne nepos, ac Præpositus Osnabrugensis Episcopus, vir pacis studio, prudentia, militari fortitudine, & religione præclarus; a quo pari fervore & diocesis jura, & collapsa in Monasteriis disciplina restaurata.

cui successit David Morinorum Episcopus, Davidis Burgundie filius, Heida in hystor. Episcop. Ultraj. Hujeb. in notis Bockenbergsnoius aliiquis.

Joannes Hojanus denno infirmitate profratre suo Erico ad Episcopatum Monasterii promotus.

Ericus a Canonicis renunciatur Episcopus, cui plures urbes iuramentum fidei dicunt.

Annus Christi 1456.

Callisti III. Pont. 2. Friderici III. Cæsar. 17.
Theodorici Administ. Pad. 41.

Obitus Walrami Ep. Monast. Collegio Cardinalium sub

Tandem & bellum Monasteriense, quod in septimum annum protrahatur, funere Walrami electi Episcopi abrumpti cepit. Quippe optimus præsul tertia Octobris inter ærumnas

consumptus, Arnheimii in Geldriæ Ducis urbe excessit e vita, ubi honorifico sepulchro in primaria æde a Duce illatus. Adscriptum sepulchro Epitaphium, quo brevi elogio innocentia

extremum vitæ adscripsi.

ejus,

ejus, constantiaque notatur. Morti vicinus omnibus Sacramentis sibi de felici vitæ exitu provideri voluit; interque morbi afflictiones hoc unum identidem ingeminare auditus est, *Hæc mihi consolatio sit, ut affligens me dolore non parcat*: veluti cum Augustino diceret: *Hic ure, hic seca, ut in æternum parcas*. Virum hunc sibi intime cognitum tanti fecit ob eruditionem, pietatem, modestiam, & vitæ integritatem Nicolaus Cusanus Apostolicæ sedis Legatus, ut ex omnibus Germaniæ Episcopis Pontifici Maximo commendaret in Collegium Cardinalium adoptandum; cui & Pontifex sub extremum vitam galerum transmisit. Dignus meliori sorte, quam apud Monasterienses repererit; sed adeo corrupta ætas erat, ut optimos Episcopos etiam populi malitia non ferret amplius.

At morte Walrami nondum ex longa tempestate serenitas: aliam Hojanus scenam aggressus. Nam postquam Erici fratris in Episcopatu amulum sublatum didicit, tum vero rem omnem sibi ex voto obvenisse ratus, pro Erico fratre omnia multo vehementius pertentare, ad Burgundiæ Ducem proficisci, ejus patrocinium implorare; a quo ubi frigidus responso rejectus, totum se ad Decani & Canonicorum Monasteriensem animos demerendos convertit. His modo per se, modo per alios, modo per Legatos supplex advolvitur, obnixè rogando, velint jam opportune Ericum fratrem subrogare Episcopum. Verum Decanus & Canonici indignum rati, hostem, a quo tot calamitatis diæcesis afflicta erat, deligere Episcopum, atque ipsi Joanni fratri ejus dominatum confirmare, a quo non aliam quam Osnabrugensis Ecclesiæ conturbationem oppressionemque expectare poterant, preces Hojani dissimulanter habuere. Et Hojanus, ubi satis advertit per Canonicorum favorem sibi aditum non parere, rursus ad veteres artes conversus, Monasteriensem civium gratiam sollicitare cepit; eoque negotium deduxit, ut duo, qui in urbe remanserant, Hojana factionis Canonici, Alexander ab Oher, & Henricus Keppelius decretorum doctor, idemque judex Ecclesiasticus, festo D. Cæcilie Ericum Hojani fratrem Episcopum palam renunciarent.

Vana & infana electio, a duobus Canonicis facta, quorum alter ne sacris quidem ordinibus initiatus, alter quidem sacerdos, sed eligendi potestate orbatus, quod uterque Pontificis sententia proscriptus. Interim Ericus in urbem vocatus, & altari impositus, cui cives Monasterienses magno plausu juramentum fidei dixerunt. Idem Coesfeldienses, Warendorpienses, Dulmanienses, aliorumque Oppidorum cives fecerunt; tanquam penes urbes & Oppida esset Episcopum confirmare, ad quorum auspicia ceteri ordines se converterent. Quo comperto, Decanus Langius electionem Episcopi maturandam censuit; convocatisque Canonicis Ahufium, post festum Conceptionis Virginis, una omnium consensione Conradus Diepholdius, Præpositus Osnabrugensis & Daventriensis Ecclesiæ deligitur Episcopus, vir cum præclare una cum Rudolpho fratre Ultrajectensi Episcopo hætenus de Ecclesia Monasteriensi meritis, qui quæ idcirco Ottenstenium & Schoppingam pignore tenebat; tum postea ob egregias virtutes etiam Osnabrugensis Episcopus creatus. Verum cum tardius Romam mitterentur Legati, Pontifex Joannem Baviaræ Ducem, Præpositum Wormatiensem, qui Romæ sublimioribus studiis excultus Romanis se apprime carum fecerat, Monasteriensem Episcopum dixit; sicuti ad ejusmodi diffidia componenda Pontifices tertium sapius imponere consilium habuere. Quanquam hac dispositione Pontificis haud leviter offensus Theodoricus Colonienfis Archiepiscopus, qui indigne ferebat rejici Conradum Diepholdium communi ritu electum.

Interea Hojanus Comes extrema sollicitudine concussus, ne post tot machinamenta omni spe excideret. Et quo nunc se verteret? homo nimirum callidus, ut causam Erici fratris potentius quam ante populi Monasteriensis favore ageret, primum Comes in numerum civium adscribi petiit; quod cum magno omnium plausu obtinisset, mox in tribum fabricorum recipitur, deinde in senatum coopertus, ex eoque supremum Magistratum affectando, Consul Monasteriensis factus; at quantum his honorum gradibus subvectus, tantum vilescere cepit apud nobilitatem,

A ceteris vero Canonicis deligitur Conradus de Diepholt.

At a Pontifice Episcopus mittitur Joannes Baviaræ Dux, Præpositus Wormatiensis.

Joannis Hojani Machinamenta pro retentione domini urbis & Diæcesis Monast.

Joannes Hojanus dento infat pro fratre suo Erico ad Episcopatum Monast. promovendo.

Ericus a 2 Canonicis renunciat Episcopus, cui plures urbes juramentum fidei dicunt.

extremam vitam adscripti.

tem, & spem a Canonicis. Adferuntur interim Roma literæ ad Collegium & ordines, quibus Joannes Dux Bavarie a Pontifice Episcopus renunciatur. *Heida in Davide.* Eo nuncio tanquam fatali telo percussus Hojanus, ad Philippum Burgundie Ducem, qui tum ad Daventriensem urbem subigendam castra explicaverat, se confert, & patrocinium causæ suæ vehementer sollicitat. Verum a Duce rejectus, dum Groningam versus iter repetit, interceptus, Groningam captivus abducitur, & in carcerem detruditur, ad grande lytrum exsolvendum. At callidus Ulysses, corruptis carceris custodibus, elabatur; cumque excubitores postea, quorum conniventia eruperat, promissam pecuniam poscerent, respondit se ea fide illis solvere, qua demissus esset. His tamen non ita dejectus Hojanus, quin brevi Monasterium repeteret, extremaque etiam altero ab hinc anno civium studiis adversus Pontificem, & Joannem a Pontifice dictum Episcopum pertentaret.

Nihil jam commune amplius erat

Theodorico Archiepiscopo Administratori nostro cum his turbis, postquam Walramus frater, pro quo bellum hoc susceperat, sublatu. Is vero quia tam Sufatensi quam Monasteriensi bello infelix, magnum æs alienum per Coloniensem & Paderbornensem diocesin contraxerat, castrum Driborg pignori opposuit Stephano Malsbergio, Canonico Paderbornensis Ecclesie. Toto hoc bello nihil vel in civilibus, vel in sacris rebus ab hoc Administratore actum reperio; quam extra omnem Episcopi curam diocesis seposita jacuerit. Interim quia multis deprædationibus vexabatur, Capitulum, nobilitas, & civitates, pridie D. Magdalene conventum indixere, quo commune fœdus adversus prædones sancitum, armisque ordinum diocesis repurgata defensaque fuit. Hæc nimirum rerum neglectio, hæc damna malaque per absentiam Administratoris Episcopi consecuta; magna que ambientium cecitas, plures Episcopatus affectare, qui ne unius quidem oneri ferendo pares sunt.

Theodoricus Casstrum Driborg. Stephano Malsbergio oppugnata.

Annus Christi 1457.

Callisti III. Pont. 3. Friderici III. Cæs. 18.

Theodorici Admin. Pad. 42.

Scriptores Boii. Scvillimas nus. Albricius Reusnerus aliique. Joannes Bavarus ceteris conditionibus admittitur & in Diocesin Monast. introducitur. Lætiore per hæc Westphalie annus consequitur ingressu Joannis Bavarie Ducis in Monasteriensem diocesin, quem Calixtus Pontifex Monasteriensibus Episcopum dederat. Natus is erat patre Stephano Duce Bavarie, avumque habebat Rupertum Imperatorem, a prima ætate cum duobus fratribus in clerum cooptatus; quorum alter Robertus Argentinenfis Episcopus, alter Stephanus Colonienfis Ecclesie Præpositus, interque hos Joannes primum Trevirenfis Ecclesie Canonicus & Wormatiensis Præpositus, singulare semper pietatis, doctrinæ & sapientiæ specimen dederat. Qua virtutum commendatione Pontifex Joannem Monasteriensi Ecclesie præfecit. Atque is postquam Coloniam accessisset, Pontificis literas præmisit ad Capitulum & ordines, additis simul suis, quibus significabat, se non alio consilio Episcopatum admisisse, quam ut bono Ecclesie pacique publicæ consulere. Ad has literas multum percussus Canonici Cathedralis Ecclesie, quod jam Con-

radum Diepholdium delegissent Episcopum qui cum Decano & Canonicis Ahufi versabatur, ægreque se ab illo Canonici avelli paterentur. Haud levior in urbe Monasteriensi conturbatio, aliis Bavarum a Pontifice datum Episcopum acceptantibus, & cum eo finem belli exoptantibus; aliis Comiti Hojano adhuc constanter adhaerentibus; quod is in urbem reversus, nunc Monasterii, nunc Coesfeldie civium animos concitaret, id unum sollicitè agendo, ne Bavarus in illam urbem reciperetur. Eadem in cæteris Oppidis factiones agitabantur. Et jam omnia in priores turbas reditura timebantur; cum Dux Clivenfis, Bavarorum Ducum rogatu, Craneburgi publicum conventum indicit; ad quem ordines Monasterienses evocati per Legatos se stiterunt. Eo in congressu de pace, & Joanne Episcopo recipiendo tractatum, conventumque in has condiciones; ut Hojano Comite 1100, Erico fratri quorannis 1600 floreni penderentur; alterique tantisper Sassenberga, alteri Bever-

Hojano Comite submoto, p. Monasteriensibus redit.

Bevergera arx pignoris loco cederet. Quæ licet Canonicis non probarentur, ne tamen Pontificem, Ducem Clivensem, & Bavariæ Duces offenderent, permisere. Itaque missò obviam dicecesis Marechalco Gerharo Morien, auctoritate Clivensis introducitur; receptusque est primum Halterena, Ludingusii, Alenæ, Bechemii: Coesfeldiam ubi perventum, occluduntur portæ ab Hojanæ factionis civibus; quam injuriam magna constantia diffimulando, Monasterium perrexit. Nec in eam urbem prius admissus est, quam in Oppido Sendenhorstio alio conventu instituto; sponderent se omnia pacta Hojanis servaturos; tum inspectis Calixti Pontificis literis, pridie D. Martini urbem intrare permissus Episcopus, quem medium complexi Stephanus frater, & Dux Clivensis, cum magno procerum comitatu introduxerunt. Simul urbs omnis sacris restituta. Postridie clerus & Nobilitas, Consules, Senatores & Tribuni plebis juramentum fidei dixere. Subinde ad Cathedrale templum deductus, ara-que principi impositus, post hymnum Ambrosianum decantatum, incredibile omnium gaudio & gratulatione Episcopus salutatur. Prona exinde cætera Oppida ad fidem & obedientiam accelerere. Magnum ad hanc commutationem animorum momentum attulit Joannes Brugmannus Ordinis S. Francisci de observantia sacerdos, celebris ea tempestate concionator per Hollandiam & Frisiam. Is postquam Monasterium accessit, non destitit libere ferventerque pro concione exprobrare populo scædam rebellionem, & sacrilega facinora, quibus hæreticum in modum Ecclesiam conturbarat. Et Joannes Bavarus postquam in congressus & colloquia Monasteriensium venit, mirum qua humanitate & virtutum aspectu summorum infimorumque animos sibi devinxerit. Quo factum, ut cives Monasterienses pridie D. Catharinæ, factò in curiam impetu, Hojanum Comitem sibi dedi postularint; ac nisi sigilla redderet, ac omni se potestate abdicaret, carceres & supplicia minitarentur. Et jam cellam curiæ, in quam ipse tot infantes ante cives recluserat, aperuerant; nihilque propius erat, quam ut vi abreptum in vincula conjicerent. Quæ ubi in caput suum

procudi didicit Hojanus, altero mox die clanculum, uno tantum famulo comitante, inde profugus Sassenbergam abiit. Sed cum nec illic tutus esset, ex dicecesi omnibus invisus ac detestabilis profugit. Ita vero turbulentam eruentamque belli scenam, quam in octavum annum egerat, turpi fuga atque exitu clausit, nunquam inde in dicecesin regressus. Ericus frater in Embslandiam procul quoque a conspectu Monasteriensium discessit alteroque mox anno extinctus est. Vixit autem ipse Hojanus Comes ad annum 1466 superstes; falliturque Reusnerus, qui anno 1455 obiisse, & familiam per Jodocum filium, & nepotem propagasse scribit, dum in nepotis filii nostra memoria, postquam hæresin admisit, extingueretur. Vixitque per id tempus Otto Comes Hojanus, qui cum Jodoco Hojano Comite litem inter Lippensem & Teclenburgicum Comitem, teste Errwino, composuit. Turbamento hoc totius Westphaliæ submoto, pacis serenitas Monasteriensibus rediit; ut vel Hojani exemplo constaret, quantum in uno inquieto capite positum sit ad Rempubicam & universam provinciam evertendam; nihilque plebe inconstantius esse, & ad rebellionem pronius, modo ducem habeat, iis præsertim in urbibus, in quibus Ecclesiasticorum opes egenorum perfringunt oculos. Et tempora erant, quibus Christi patrimonium conspiciebatur a clero converti in luxum & nutrimenta vitiorum. Quantum ex his Cleri vilescerat auctoritas, tantum populi accendebatur rebellandi licentia.

Sed longe periculosius hoc anno dissidium agitabatur inter Calixtum Pontificem, & Electores Imperii, Theodoricum Moguntinum, Theodoricum Colonensem, & Joannem Trevirensis Archiepiscopos; hi enim multis querelis & calumniis concitabant Imperatoris & aliorum Principum animos adversus Pontificem & Apostolicam Sedem, quarum capita fuere: decreta concilii Constantiensis & Basileensis a Romanis infringi, Canonicas Episcoporum electiones rejici, obtrudique, qui vel favore Principum, vel auro Romæ prævalerent: Annates, ut vocant, quæ a Bonifacio IX, vel a Joanne XXII repertæ, quibusque dimidium an-

Reynald. in
hist. Eccles.
Naucler.
in Chron.
Brouver.
lib. 19.
annal.
Dissidium
inter Ele-
ctores Im-
perii &
Pontificem

Hojano Co-
mite sub-
moto, pax
Monaste-
riensibus
redit.

nui

P p p

nui census in Apostolicum Fiscum referre jubeantur, quotquot Episcopatum adire vellent, importune exposci. Demum, in quo summa accusationis versabatur, per indulgentias, decimasque Sacerdotum exhauriri Germaniam, immensasque pecuniæ summas, quæ quotannis colligerentur, averti in quæstum & avaritiam Romanorum. Quæ res tantis Germanorum odiis versabatur, ut in apertum schisma Pontifex vereretur erupturam. Sed quam inique hæc obtrecentarentur, satis exponit, diluitque Calixtus in diplomate ad Fridericum Imperatorem, & Aeneas Sylvius Cardinalis epistola ad Mejerum Archiepiscopi Moguntini Cancellarium: tum præterea ipse Pontifex literis ad Moguntinum, Trevirenses, & Colonienses Archiepiscopos; tantumque abesse contendit Pontifex, ne pecuniam Germanorum pro bello Turcico collectam alio averti pateretur, ut ararium etiam Apostolicæ Sedis exhaustum, & sanguinem etiam fundere ad sistendum Turcarum impetum paratus sit, uti integerrimum Pontificem mirifice dilaudat D. Antoninus, Aeneas Sylvius, ceterique eorum temporum Scriptores, qui torpentibus christianis Principibus solus prope rem christianam adversus Turcas sustinuerit. Quippe cum per id tempus Mahometes Turcarum Imperator cum ducentis millibus armatorum in Ungariam erumperet, Pontifex misso in Ungariam Legato cum Joanne Capistrano, admirandæ sanctitatis viro, copiisque cruce signatis, Joannem Huniadem ad arma incitavit. Felix is belli successus fuit. Quippe Capistrani ductu hortatuque, & Huniadis fortitudine, Turcæ anno

superiori ad Belgradum memorabilis illa Christianorum victoria obrutis, casis supra xx millibus Turcarum: nec multo post Huniades & Capistranus magno Christianorum lætu subtrahit e vita. Hoc deinde anno, Pontifex, postquam missis ad omnes Europæ Reges & Germaniæ Principes Legatis nihil opis adversus Turcas impetrasset, classem suo ære instruxit; qua denuo Turcæ ad Rhodum profugati; Cyprus, aliæque Ægei maris insulæ Christianis servatæ. Olim tot exercitus Germanorum per mare transportati in Palæstinam; modo ne e vicino & continenti regno Ungariæ animus fuit depellere barbarum nec milite, nec pecunia submissa; cum de hac ipsa pecunia, quæ a paucis ultro, & sat exigua collata fuit, & ab Herbipolensi etiam Episcopo magnam partem per spoliū erepta, quæsti Electores, exhauriri Germaniam; omnisque obtrecentatio in Pontificem, in præcones indulgentiarum, & quæstos Pontificios, subsidia belli sacri conquirentes, inique versa: adeo tum etiam posterioribus, ac deteriori sæculo præludium fuit vanis & iniquis querimoniis; e quibus Lutherus postea argumentum plaustumque populi arripuit, conturbandi Germaniam & religionem. Luxus Principum, ambitio regnandi, cupiditas ampliandi familias, intestina bella, & quæ ejusmodi corrupti sæculi vitia primum aut corrigenda, aut intermittenda erant; his enim barbarus victor tot exinde provincias, & florentissima regna post expugnatam Constantinopolim Christianis in conspectu eripuit.

Annus Christi 1458.

Pii II. Pont. I. Friderici III. Cæsar. 19.

Theodorici Administ. Pad. 43.

Anno dehinc proximo Calixtus Pontifex, ætate & curis confectus, excessit octavo Idus Augusti; quo die festum Transfigurationis instituerat, gesto per tres annos & quatuor menses Pontificatu. Vir integerrimæ mundissimæque vitæ, quem Aeneas Sylvius Cardinalis, aliique Scriptores magnis laudibus extulere. Successor datus ipse Aeneas Sylvius, nobili Piccolominæorum genere ortus, qui e Secreta-

rio & Oratore Friderici Imperatoris Senensis Episcopus creatus: vir jam ante omni scientia rerum humanarum divinarumque, scriptis libris, legationibus, prudentia & vitæ integritate clarus. Nomen Pii II. Pontificis sumpsit. Cui sub exordia Pontificatus nihil quoque sollicitius fuit, quam christianos Principes ad sacrum bellum adversus juratum christiani nominis hostem Calixti instituto impellere. At
hujus

Pontificis
cura pro
Christianæ
religione
conser-
vanda.

Raynald. in
Ann. Eccles.
Platin. in
vita Pont.
Antonin. p. 3
Nauclerus.
Moritur
Calixtus
Pont. fuc.
cedit
Aeneas Syl-
vius Pius II
dictus.

Trithem.
in Chron.
Spanheim.
in Chron.
Hylor. Hist.
Langens.

Raynald.
Hist. Ecc.
Trithem.
in Chron.
Nauclerus.
Gen. 49.
Spanheim.
in Chron.
Langens.
Chron.

hujus Pontificis conatus multum turbati sunt funesto Ladislai Bohemiae & Ungariae Regis obitu, Germanorumque Principum discordiis; quos inter Ludovicus Dux Bavariae, cognomento Dives, collecto ingenti Bavarorum, Bohemorum & Australium populorum exercitu, bellum intulit Alberto Brandeburgensi Marchioni.

Confopito bello Monasteriensi, quietior Westphalia. Et Joannes Bavarus Monasteriensis Episcopus, postquam omnium ordinum concordia receptus erat, nihil ille quoque impensius habuit, quam ut Decanum & Canonicos Cathedralis Ecclesiae cum urbe Monasteriensi reconciliaret; factaque transactione, Canonici omnes in urbem regressi sunt. Tum publicus sacrorum cultus in Basilicam reductus: qui proscripti ab Hojano erant cives, revocati, omniumque offensionum & damnorum oblivio sancita. Inde ipse Episcopus in pervigilio D. Thomae solemnibus inaugurationis ritu ab Ordinibus in urbem introductus. Mox e Metropoli sua Coesfeldiam, & per omnia dioecesis Oppida castraque circumductus, ad juramentum fidei possessionemque adeundam. Latè promptique omnes; nec aliter quam qui dono supremo datus erat, Episcopus ubique exceptus. Ita vero ille uno accessu disjecit bellum, quod Theodoricus Archiepiscopus pro Walramo fratre per septennium gesserat. Quo constaret, multo saepe felicitius prudentia ac moderatione, quam infano armorum impetu, turbatas mentes ad quietem componi. Torartibus ac turbis se Archiepiscopus in Paderbornensem Episcopatum ingrefferat, & tot Episcopatus in Henricum fratrem cumularat, ad ampliandam potentiam;

quibus tamen nihil aliud ad extremum consecutus, quam vicinorum Principum odia, ex bellis conferta, in perniciem suae dioecesis & totius Westphaliae.

Ac Bavarus postquam pro optimi Principis munere dioecesis Monasteriensem in pristinum statum repofuerat, mox ea etiam, quae Episcopi sunt, & a se desiderabantur, inter primas curas habuit. Nondum ille ullo majorum Ordinum gradu insignitus erat. Igitur sub initium Quadragesimae Subdiaconus, medio tempore Diaconus, pridie Paschatis Sacerdos consecratus; jucundumque fuit populo & plenum pietatis exemplum, spectare tam illustri Ducum genere virum medium inter ceteros clericos initiandos, modestumque praeter reliquis procumbere, & Episcopi manu consecrari. Ipso mox Paschatis die apud Canonicos ad fontem Salientem primum Deo sacrificium obtulit, raro exinde publicis negotiis se impediri passus, quin ter, quaterve per hebdomadem sacram hostiam Deo litaret. Quo conspecto religionis & pietatis exemplo populis plus venerationis impressit ad obedientiam & amorem, quam per omnem Principis splendorem armorumve potentiam. Hinc caetera etiam prospera fuere. Nam Reinam numerato aere extraxit ex manibus Benthemenfis Comitis: Ahusiam, Ottenstenium, Scoppingam, oppignorata Oppida, redemit a Conrado Diepholdio; brevique praefecturas, castra & Oppida, per tot dominos & possessores distraeta, dioecesi restituit, pace ac domestica parsimonia multo ditior felicitiorque, quam alii bellis & armorum Principum foederibus.

Fit Sacerdos & primum apud Monasterienses sacrum legit.

Joannes Bavarus Episcopus Monasteriensi.

Annus Christi 1459.

Pii II. Pont. 2. Friderici III. Caesar. 20.

Theodorici Admin. Pad. 44.

Pontifex per haec Mantuae anno postero publicum conventum indixit; ad quem cum ipse profectus, tum omnes Imperii ordines & Regum Legatos invitavit, ad suscipiendam expeditionem in Turcas: Ungariam interim fortissime propugnante Matthia Corvino Huniadis filio, quem Ungari, rejecto Friderico Caesare, Regem sibi de-

legerant; Corvinus quippe & Scanderbegus, Epirotarum Princeps, per id tempus duo fulmina belli Turcici. Infelicitior Bohemia, quae Georgium Bodiebachium Hussiticae sectae hominem sortita est Regem, ab eoque Hussiticae haeresis secta afflata post Saxoniae. Caesar interim, cui hoc anno, 22. Martii Maximilianus filius est natus, Norimbergae Prin-

Pontifex & Caesar laborant pro superiis contra Turcas impetrandis, & bellis in Germania sopiendis.

Raynald, in hist. Eccles. Trithem, in Chron. Nasclerus Gen. 49. Spangeberg, in Chron. Langius in Chron.

Trithem, in Chron. Spangeberg, in Chron. Hist. Boica Langius.

Ursberg.
Paralip.
Trithem.
in Chron.
Serrar. l. 5.
Mogunt.
Raynaldus
in histor.
Ecclesiast.

Principum comitia habuit. In his primo actum de proximis auxiliis adversus Turcas; tum de bello, quod inter Ludovicum Bavarie Ducem & Albertum Marchionem Brandenburgicum ardebat, fopiendo. At frustra laboratum in his Principibus ad concordiam reducendis; Bavaro, licet ob tabulas Casareae publice disceptas laesa majestatis damnatus esset, bellum pertinaciter prosequente, quod alternis provinciarum vastationibus inter Bavarum & Brandenburgicum foede continuatum. Accessere novi bellorum motus ad Rhenum ex obitu Theodorici Erbachii Moguncini Archiepiscopi, Metropolitanus nostri: quo pridie Nonas Maji extincto, Canonici Cathedralis e suo Collegio sublegere 20 Julii Dietherum Hsenburgicum Comitum; quem quia Pontifex, ut post referetur, exauctoravit, subrogato Adolpho Nassoviae Comite, multis inde Principum factionibus decertatum; visumque est bellum, quod Westphalam haecenus exagitarat, demigrasse ad superiores Rheni provincias.

Joannes
Bavarus
Consecratur
Ep.
Monast.

Inde inter Westphalos, bello Sufatensi & Monasterienti exhaustos fessosque, res pacatior. Opportune id accidit Joanni Bavaro Monasterienti Antistiti, ad disciplinam Cleri, & res sacras, per bellum turbatas, in pristinum statum reponendi. Ad quod munus majori auctoritate explendum cum superiori anno sacerdos iniciatus esset, voluit una tum & hoc anno Episcopus consecrari, evocatis ad id sacrum opus tribus Episcopis Monasterium, quos eodem, quo ipse Joannis nomine sortitus & a quibus festo D. Catharinae solemni ritu consecratus est. Ex tam

sublimi sanctoque gradu honoris nihil quoque hoc anno Joannes impensius habuit, quam collapsos Cleri & religiosorum mores corrigere: synodum convocare: urbis & dioecesis Parochias, Canonicorum Collegia, Monachorum & Monialium Cœnobita perlustrare, & severis legibus ad pristinum vitae institutum revocare. Celebre erat apud Monasteriensium Virginum Canoniarum Collegium Transaquense, ab Herimanno Episcopo conditum, haec quia ceteris licentius vivebant, multaque sibi liberius, obtentu nobilitatis, & prisco vivendi genere, permixta vendicabant, ad communem mensam intraque claustrum restrictae sunt; atque ut alii etiam referunt, Joannes primum ex Canonicarum Virginum instituto ad D. Benedicti familiam traduxit; opportunitate ad id data ex morte Abbatis, in cuius locum cum Virgines Werthinensis Comitissae deligerent, ipse Colonia antistitem evocavit Richmodam Hortiam, cujus opera ad arctioris vitae formam redactae sunt. Saepè quidem Virgines ad pristinam Canonicarum Virginum libertatem aspiravere, avocato cum primis Joanne ad Magdenburgensem Archiepiscopatum; Verum successit Henricus Schwarzenbergius, id quod Joannes sanxerat, ratum perpetuumque esse voluit. Hunc in modum Bavarus Episcopus convulsam & prope perditam dioecesin non modo sacrorum flori, sed & redemptis castris, ac recuperatis praefecturis, dissolutis debitis, pristino splendori summis infirmisque gratus restituit; patuitque efficacius populum religione, & conspectu virtutum, quam terrore armorum gubernari ab Episcopis.

Canonica-
rum apud
Monasteri-
enses Vir-
ginum Cœ-
nobium
Trans-
aquense ad
pristinam
vigorem &
D. Benedi-
cti institu-
tum tradi-
tur.

Institu-
tio Archie-
Treviren-

Annus Christi 1460.

Pii II. Pont. 3. Friderici III. Cæsar. 21.
Theodorici Admin. Pad. 45.

Raynald.
in histor.
Eccles.
Platin. in
Pænæg.
Bessarion.
Gobelin. l. 4.
Pontifex
bellum ad-
versus Tur-
cas edicit &
promovet.

Sexagesimus dehinc sæculi annus accesserat, quo Pius II. Pontifex ex decreto Cardinalium & Oratorum, qui Mantuae convenerant, bellum sacrum adversus Turcas edixit, missis in hanc rem ad omnes Europæ Reges Legatis; quos inter Cardinalis Bessarion ad Germanos pervenit, promissa equitum & peditum auxilia sollicitatum. Ac Pontifex, ut Christianorum animos excitaret, amplissimas noxarum indulgentias

delargitus est; ipseque & Cardinales non modo decimas sacrorum, sed aliorum bonorum ultro obtulere in bellum. Id cum per Italiam fieret, Pontifex etiam decimas sacrorum bonorum per Germaniam imperavit, id quod acerbissimis animis exceptum a multis. Repetite enim priorum annorum querelae de indulgentiarum quaestu, de auro argentoque ex Germania exportato, nec in bellum Turcicum converso, de pecu-

Erwin
Chron.
Werner.
Rohring
Wittius
Aulor.
inter illu-
Script.
German.
Kleinfor-
in Chron.
Stange-
in Westp.
Piderit
in Chron.
diploma
Simonis
Episcopi
nostri.
Veritas
venerat
Eucharis-
tie in
miracul-
Blonbe-
ge confi-
matur.

pecunia per decimas a sacerdotibus expressa, ad Pontificis ararium explendum, & quæ hujusmodi erant. Auctor hujus concitationis inter Episcopos Dietericus Moguntinus Archiepiscopus, recens in Cathedram proventus. Celebrati quidem primum Norimbergæ, deinde Wormatiæ Episcoporum & Principum conventus: verum ob has inanes querimonias, & dissidia Germanorum Principum, armis etiam inter se conflitantium, nihil Bessarion Apostolicæ Sedis Legatus, quantumvis Viennam ad Cæsarem profectus, impetravit; non sine summo Pontificis dedecore & contestatione, ad quem hoc anno trium Patriarcharum Orientalium, Alexandrini, Antiocheni & Hierosolymitani Legatio accesserat, obnixè liberationem a jugo Turcarum flagitantium, ultroque se ad omnem eum latina Ecclesia concordiam offerentium.

Magna interim inaugurationis celebritate ac pompa Joannes Trevirensis Archiepiscopus, Marchio Badensis, in urbem Trevirensis introductus est a Theodorico Coloniensi Archiepiscopo, Administratore nostro, Friderico Palatino Rheni, ac tribus Germanis fratribus Archiepiscopi, multisque comitibus & proceribus Rheni. Omnisque, quæ hætenus Ecclesiam illam turbabat, controversia inter Magistratum & cives composita est.

Cæterum hoc anno Deus insigni miraculo diœcesin Paderbornensem illustravit, edito ad veritatem venerationemque Eucharistiæ populo sanctius imprimendam; id cum a multis eorum temporum scriptoribus sit consignatum, tum vel testatissime a Simone Episcopo nostro in diplomate postea confirmatum est. Res ita se habet. Impia & sacrilega mulier in Oppido Blombergæ, Comitatus Lippientis, paxidem, in qua pro Catholicorum ritu quadraginta quinque consecratæ hostiæ servabantur, clam e Parochiali templo sustulit, secumque, quo furti animo incertum, deportavit; ac scelere perpetrato, tantus mox horror incessit sceminam, ut mentis inops consecratas hostias abjecerit in puteum. Indiciis vero mox quibusdam prodita, comprehensaque sacrilega a Bernardo Comite,

fassa est scelus; quod & vindice simul Deo testatum fuit. Quippe sub idem tempus horrido ventorum turbine & fulminis ictibus coorta est tempestas, qua & Parochi domus conflagravit, & totius Oppidi ædes convulsæ, & fruges longe lateque circum per agros grandine obritæ. Comes convocatis in concilium viris sapientibus, post expiatum supplicio mulieris scelus, ædem sacram aramque super puteum erigi mandavit. Ac mox super puteum visi noctu cælestes ignes collucere, multisque prodigiis locus sacer illustrari compertus. Vulgata rerum, quæ acciderant, fama, magnus ad ædem sacram locumque hominum concursus fuit, vota & dona offerentium ex quibus permulti claudi, cæci, aut aliis morbis afflicti cælestem opem consecuti sunt, quorquor haustam putei aquam bibere. Increfcente pietate & largitione hominum, hæud multo post celebre Canonicorum Regularium D. Augustini Cœnobium, cui a corpore Christi nomen dedere, adstructum est. Multis hanc rem denarrat Pideritius Lutheranus præco in Chronico suo Lippienti, sed tot fabulis & fallaciis aspersam (qui hominum istorum mos est, omnia ad hæresis suæ errores incrustandos scribentium) ut fidem, quam adstruere debuit, historiæ propemodum deroger. Fateri quidem ille necesse habuit, multos gravibus morbis affectos istic curatos esse, quorquor ex putei aqua bibere, sed id ad naturalem vim aquæ reulit; cum tamen illa vis aquæ non nisi post projectas in eam sacras hostias unquam animadversa. Addit præterea, puteum ac locum multis nocturnis dæmonum ludibriis ac spectris infestatum; tanquam lumina facesque, quæ noctu istic visa ad locum honorandum, non a bonis, sed malignis Spiritibus ostensa fuerint. Sed quam multa hujusmodi suppetunt in omni historia cælestia signa, quibus mortales a Deo moniti, aut profanatae per Judæos, aut alios sacrilegos homines, Eucharistiæ honorem cultumque suum reddere? & satis hunc scriptorem retellunt, falsique arguunt Bernardus Lippientis Comes, cujus res gestas scribit; tum Simon ejus frater Episcopus Paderbornensis, a quibus locus ille, erecta super puteum æde sacra & altari, adstructoque Cœnobio, ob cælestia, quæ istic impetrabantur,

Inauguratio Archiep. Trevirensis

Erwin. in Chron. Werner. Roleving. Wittius Auctor. inter illustr. Script. German. Kleinorg. in Chron. Stangefol. in Westph. Pideritius in Chron. diploma Simonis Episcopi nostri. Veritas & veneratio Eucharistiæ insigni miraculo Blombergæ confirmatur.

Handwritten marginal notes on the right side of the page.

Canonica- rum apud Monasteri- enses Viri- ginum Cœ- nobium Trans- quense ad pristinum vigorem & D. Benedi- cti instituta tradu- citur.

bantur, beneficia excultus. Quam in rem juvat ipsum Simonis Episcopi nostri diploma proferre.

Simon Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Paderbornensis, Universis & singulis præsentis literas sive præsens publicum instrumentum, inspecturis, illis præsertim, quorum interest, intererit, aut interesse, quoscunque infra scriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, salutem in Domino sempiternam. Ad hoc ut Monasteriorum omnium per diæcesin nostram præcipue consistentium, & inibi Deo famulantium personarum status salubriter dirigatur, servarique possit decencia honestius, favori & necessitatibus eorum competenter succuratur, nostri libenter favoris præsidium impartimur, potissime cum causæ persuadent rationabiles, & divini cultus observantia exposcit. Sane postquam pridem dilectus in Christo Prior, & conventus Monasterii in Blumbergh ordinis Canonorum Regularium S. Augustini nostræ Paderbornensis diæcesis sua nobis petitione monstrarunt, Quod licet prædictum Monasterium noviter erectum, ac eo loco, quo nuper quædam desperata & sacrilega mulier, Dei timore abjecto, sacrosanctum Dominici corporis Sacramentum in quadraginta quinque consecratis hostiis ex parochiali Ecclesia dicti Oppidi Blumbergh furto sublatum, detestabiliter in puteum quendam projicere non abhorruit, in damnationem propriam, divinæ majestatis offensam, Christi quoque fidelium scandalum: Ad super tam horrendis criminis excessibus

& offensa Salvatoris nostri Dei incarnati placandam iram, Illustris Bernardus Nobilis Dominus de Lippia Germanus noster carissimus, in & sub cujus ditione & dominio temporali locus est commissi delicti situs, ibidem sagacitate opera, promotione & impensis, ut honor saltem aliquis condignus donationi & reverentiæ cum hostiarum placatione per viros religiosos divinis officiis in ipso loco jugiter exsolvatur, Monasterium insigne, largitionibus etiam Christi fidelium suffragantibus & gravibus impensis sit constructum; Ipsum tamen in suis fructibus, redditibus & proventibus, qui pro magna parte in oblationibus Christi fidelium, quorum pro! caritas magis & magis indies tepescit, adeo tenues fore dinoscuntur, ut Prior & conventus Monasterii prædicti ex illis decenter sustentari, hospitalitatem tenere & observare, fabricam inceptam complere, & onera incumbentia perferre non possunt, imo nisi ipsis in provisione aliqua decenti subveniatur, dicti Monasterii desolatio, ac divini cultus in eo instituti interitus, & ab inceptis ædificiorum structuris cessatio verisimiliter sint timendæ. &c.

Quas deinde donationes fecerint Episcopus & Bernardus Comes, multis recentent hæc tabulæ, Datæ anno Domini millesimo, quadringentesimo, nonagesimo sexto. Alia hujusmodi diplomata indicat Pidericius extare in tabulario Comitum Lippienium, quæ si produxisset in medium, multo hæc res testatior illustriorque prodiret.

Annus Christi 1461.

Pii II. Pont. 4. Friderici III. Imp. 22.

Theodorici Admin. Pad. 46.

Turbida per hæc in alterum annum Germania bello, quod inter Ludovicum Baviaræ Ducem & Albertum Brandeburgicum extrahebatur. Huic accessit alterum bellum inter duos Moguntinos præfules. Elegerant Canonici ab obitu Theodorici Diethericum Hsenburgicum Comitum; quo abjecto, Pontifex Adolphum Nassovium, paribus fere suffragiis lectum, nominavit Moguntinum Archiepiscopum. Multa crimina data Hsenburgico apud Pontificem: corrupisse auro eligentium suf-

fragia, palam decimas a Pontifice pro bello Turcico indictas oppugnasse, damnasseque pecuniam ultro ex concessis indulgentiis oblatam colligi; exportarique ex Germania, cujus & ipse partem ad se trahere machinatus sit; in hanc rem publicos Principum conventus primum Francofurti, deinde Moguntia sine Cæsaris auctoritate convocasse, in iisque per absentiam Cæsaris concitasse Episcopos & Principes adversus Apostolicam sedem, ipsosque Pontificis Legatos injuriose tractasse, atque

Naucler, gen. 49. Raynald, in hist. Eccles. Trithem, in Chron. Brovver, lib. 19. antiq. Trevir. Turbatur Ecclesia Moguntina ob duos

præfules, alterum electum, alterum a Pontifice nominatum.

Schisma Moguntine in apertum bellum erumpit.

Raynald, in hist. Eccles. Trithem, in Chron. Spanheim, Cæsar a fratre & Vienneisibus oppugnatus.

atque postquam de his corrigendis motus fuerat, appellasse ad Concilium, quod nec erat, nec ab alio quam a Pontifice convocari poterat. Et quæ hujusmodi in literis Pontificis xii Calend. Septembris ad Germaniæ Principes datis percerentur.

Scriptis præterea hoc anno Pontifex ad Trevirenses, cæterosque Germaniæ Episcopos ac Principes, obtestatus, ne se pravo Moguntini exemplo adversus Apostolicam sedem commoveri paterentur. Scripsit quoque binas literas Pontifex ad Theodoricum Coloniensem Archiepiscopum, quarum alteris causas exponit, ob quas Sigismundum Austriæ Ducem e piorum cœtu ejecerit; Alteris per Theodoricum patrocinium apud Cæsarem rogat, uti velit Franciscum Ducatum Mediolanensem hæreditarium confirmare. Literæ hæc Pontificis plenæ sunt omnis humanitatis, mutæ benevolentiæ ac laudis; virumque appellat, cujus maxima sit auctoritas in Imperio & sinceritas, ut nihil Theodorico cum Moguntino conspirationis commune fuisse reputari possit.

Schisma Moguntinense in apertum bellum erumpit.

Interim magnis animorum motibus bellum inter Diethericum Isenburgicum & Adolphum Nassovium Metropolitanos nostros agitabatur. Isenburgici partes suscepit Fridericus Palatinus Rheni & Ludovicus Baviaræ Dux cognomento Dives, Pontifici jam ante non minus, quam Cæsari infestus. Contra pro Nassovio arma suscipere Joannes Trevirensis Archiepiscopus, Ludovicus Baviaræ Dux cognomento Ni-

ger, Carolus Marchio Badensis, Joannes Metensis Episcopus, Udalricus Comes Wirtenbergicus, alique Comites ac proceres. Inflammatis partium animis, copiæ utrimque in campum productæ, quibus tamen præter deprædationes provinciarum nihil magnopere præliari laude dignum est actum. Neque cum hoc bello, quod sequenti anno multo acerbius productum, quicquam sociale fuit Theodorico Archiepiscopo, quem bellum Sufatense & Monasteriense exhausterat, & gravis fœnii atas fessum fecerat. Viderique poterat Martis furor e Westphalia in superiorem Germaniam demigrasse.

Moritur per hæc pridie Idus Septembris Gerhardus Marchia Comes, patruus Joannis Cliviæ Ducis, octavo & sexagesimo ætatis anno, post administratam Marchiam annis fere 50. vir per omnem vitam his turbis Westphaliæ Theodorico Archiepiscopo consilio manuque conjunctissimus. Corpus Hammonam delatum, illatumque honorifico sepulchro apud Franciscanos Monachos strictioris Observantiæ, quibus ille primum in Westphaliam evocatis eo in Oppido anno 1412 templum & Cœnobium extruxerat. Nulla ab illo legitima proles relicta eoque Marchia tota rediit ad Cliviæ Duces; præter Cæsaris insulam, quam Gerhardus Comes Theodorico Archiepiscopo, ut supra a nobis relatam est, vendiderat. Retenta inde Cæsaris insula cum telonio ab Ecclesia Colonienfi, haud levi inter cætera compensatione amissi Sufati.

Chron. Tremon. Teschem. Stangefol. Obitus Gerhardi Marchia Comitis sine hæc rede defuncti.

Annus Christi 1462.

Pii II. Pont. 5. Friderici III. Cæsar. 23.
Theodorici Administ. Pad. 47.

Proximo dehinc anno nihil remissere Germanorum Principum armata discordiæ. Sollicitabat Pius II. integerimus Pontifex auxilia adversus Mahometem Turcarum Imperatorem, qui subacta Rosna & Walachia Ungariæ regno cum formidabili exercitu imminabat. Verum Fridericus Cæsar, in quo summa præsidii spes erat, Viennæ a rebellibus urbis civibus, adjuvante eos Alberto Duce Austriæ ac Cæsaris fratre, obsessus, in arce sua tormentis

Raynald. in hist. Eccl. Tribem. in Chron. Spanheim. Cæsar a fratre & Viennensibus oppugnatus.

& omni bellico furore oppugnabatur. Ac postquam frustra Germanorum Principum opem sollicitasset, Georgium Podiebrachium Bohemorum Regem, Hussitica sectæ hominem, implorare necesse habuit; a quo tandem soluta obsidione liberatus est. Id quod haud leve probrum fuit Germanicæ nationis, Cæsarem suum in his angustiis destituisse. Eo jam Imperialis majestas reciderat, postquam inermes Cæsares fecere Principes; neque ultra Cæsarum

farum potestas se porrigeret, quam aut Principes vellent, aut armis hereditariarum provinciarum valerent.

Gerhardus de Ros. l. 7. Chron. Augustan. Annales Suevia. Annal. Boica p. 2. lib. 9. Bavari victoria de Brandeburgico.

Interim ipsi Principes inter se digladiabantur, bellumque inter Albertum Brandeburgicum & Ludovicum Bavariæ Ducem, ut cœptum diximus, ingentibus partium armis trahebatur. Et Brandeburgicus turbinis instar Boicam ingressus, omnia terrore compleverat; cui Bavarus occurrit, & memorabili ad Giengam prælio Achillem illum Germanorum fudit. Duæque in templum tres hostium aquilæ, quarum prima Cæsarea biceps erat, Brandeburgica Coccinea, tertia triginta duarum urbium Imperialium. Adeo Principes Cæsaris signa & potentiam ferebant in armis, quam pro ipso Cæsare detrectabant exferere.

Naucerus gener. 49. Trithem. in Chron. Spanbei. Serrar. in Mogunt. Palatini pugna, & Victoria de Nassovio.

Nec minus atrox bellum trahebatur inter Moguntinos præfules, id quidem Philippus Dux Burgundiæ delectus arbiter componere aggressus; sed cum lentius pacis tractatio procederet, quam Nassovius ferre posset, consilio fœderatorum, quorum copiis adjutus erat, populabundus in Friderici Palatini Heidelbergensis provinciam irrumpit; quod hic ab Ifenburgico æmulo suo Stratam Montensem pro impensis belli acceperat, multumque hæcenus præferat Nassovium. Sed nec seignior Palatinus, cui se Ifenburgicus junxerat, Nassovium undique cinctum in arctam pugnandi necessitatem compulit. Consertoque tumultuario prælio, profligatus Nassovius, captus Metensis Episcopus, Carolus Marchio Badensis, & Udalricus Wirtenbergicus Comes. Inter cæsos occubære Comes Helfenstenius & Salmensis. Hanc cladem quæ mense Julio accepta, ultus est Nassovius mense Octobri, intercepta actu militari Moguntia. Quippe admotis noctu scalis, penetratum in urbem, referatæ portæ, introductus miles; pugnatumque inter cives & Nassovianos ab ortu diei in vesperam, ad ultimum post quadringentorum civium stragem urbe potitus Nassovius. Ifenburgicus ubi hostem noctu urbem intrasse didicit, per mœnia se dejecit, tractoque in fugam Comite Catzenelenburgico, piscatoria scapha exceptus Rhenum trajecit. Urbs victori militi

Nassovius Moguntiam intercipit & vastat.

in prædam data, & fœdum in modum tractata exhaustaque. Qua vastatione officinæ librariæ disjectæ, & artis istius typographicæ, quæ Moguntia primæ domicilium fixerat, exquisiti magistri Coloniam, & in alias urbes dispersi migravere. Urbe in potestatem redacta, mutuis deprædationibus & cladibus lacerata diæcesis. Anno demum consequenti Erfurdia in conventu Principum per Apostolicæ Sedis Legatum & Rupertum Coloniensem Archiepiscopum, Theodorici Successorem, in certas pacis leges conventum, quibus Nassovius secundum Pontificis sententiam Moguntinus Archiepiscopus assertus; Ifenburgico vero Loentzenium cum duobus castris ad vitæ usum permissum. Hic finis molesti illius belli.

Et jam Westphalia tot bellis agitata quiescebat. Mota quidem inter Arnoldum Geldriæ Ducem, & Joannem Bavarum Monasteriensis Episcopum discordia, tum ob controversos utriusque limites, tum ob Vincentium Comitum Morsanum, Joannis Bavari affinem, quem Geldrus infestabat; sed ea lis ne ad arma veniret, intervenit Gisbertus Brunchorstianus dynasta, Batenburgi & Anholti dominus, missisque Zurphaniam utriusque partis Oratoribus, opportune composuit.

Neque domestica nostra hoc anno aliud suppeditat, quam pacis & pietatis exculta studia. Celebris erat apud Cisterciensis ordinis viros in Cenobio Flechtorpienti diæcesis nostræ Fraternitas olim instituta, cui Originem dederat imago B. Virginis multis cælestibus beneficiis & miraculis clara; ideoque non solum magno hominum affluxu, sed sodalitiis vicinorum celebrabatur; ea pietas quia oblanguere cœperat, Hermannus ejus loci Abbas scriptis ad Theodoricum Episcopum nostrum literis publica auctoritate instaurari petiit. Dilaudabat id studium Abbatis Theodorici Administrator Episcopus noster, tabulisque in hanc rem confectis, & Colonia festo D. Martini die consignatis, Fraternitatem sub patrocinio B. Virginis pristino flori restituit. Nunc hæresis, quia intra Comitatum Waldecensem locus est, omnia disjecit.

Repe-

Privilegia
Cenobii
Lengovi
ensis a Co
miribus
Lippienfi
bus confir
mantur

Trithem.
in Chron.
Spanbei.
Brisch. in
Ejse. Pa
Kerfenb.
Catalog.
Episcopos
Wylbov.
in Chron.
Tremow.
Galen. l.
Junt. de m
nam.
Metrop.
Eccle.
Theodor
ci obitus
elogium.
Lib. de Pa
Europa
cap. 39.

Fraternitas
B. Virginis
in Cenobio
Flechtorpi
entis a Theodori
co Ep. pris
tino vigu
ri restituitur.

Privilegia
Cenobii
Lemgovi-
ensis a Co-
mibus
Lippiensis
has confir-
mantur.

Reperiuntur & aliæ apud nos tabulæ, quibus Bernardus Comes Lippiensis, cognomento bellicosus, ejusque frater Simon Comes Lippiensis, haud multo post Paderbornensis Episcopus memorandus, Virginum Cœnobia, quod in urbe Lemgovienfi majores

res coniderant, omnia jura, & privilegia festo D. Barnabæ confirmaverè, bonaque Virginum nova donationis liberalitate auxere. Sed & hoc Cœnobium Virginum cum cæteris in Comitatu Lippiensi absorbit hæresis.

Annus Christi 1463.

Pii II. Pont. 6. Friderici III. Cæsar. 24. Theodorici Archiep. Administ. Pad. ultim. Simonis Pad. I.

Trithem.
in Chron.
Spanhel.
Brusch. in
Epi. Pad.
Kerfend. in
Catalog.
Episcop.
Wylhov.
in Chron.
Tremow.
Gelen. l. 3
syn. de mo-
num.
Metrop.
Ecl.
Theodorici
obitus &
elogium.
Lib. de statu
Europæ
cap. 39.

Sequitur annus Christi sexagesimus tertius supra quadringentesimum & millesimum, quo Theodoricus Archiepiscopus Colonienfis, & Paderbornensis Ecclesiæ Administrator, festo Valentini Martyris, XIII videlicet Februarii Zontii ad Rhenum excessit; siccuti hunc diem & annum obitus consignavit Trithemius, Gelenius, Bruschius, Kerfendrochius, Auctor Chronici Tremoniensis, aliique. Gessit Episcopatum Agrippinensem per XLIX, Paderbornensem per 47 septem annos integros. Præful varia, ut narravimus, fortuna, & multis belli tempestatibus jactatus, de quo hoc Aeneas Sylvii, post Pii II Pontificis elogium; Theodoricus cum Bononiæ juri Pontificio operam daret, a Joanne XXIII summo Pontifice Coloniensem Ecclesiam obtinuit, cui jam per annos XVII non sine plebis ac nobilitatis magno favore præfuit; qui etsi plurima pro defensione Ecclesiæ suæ vario eventu bella gessit, in quibus modo strenui militis, modo fortissimi Ducis officium implevit; nunquam tamen domi aut sacerdotalia munia, aut civilem administrationem neglexit; corpore pulchro & supra communem staturam eminenti, animo magno & perliberali; cujus palatium illustribus semper hospitibus patuit; quæ iisdem verbis transcriptit Schedelius. Non eo facile tum magnificentior inter Principes in Imperio, qui aliquando in comitia Principum ascendit, secumque, ut Auctor Chronici Belgii retulit, viginti quinque Doctores deduxit, quos omnes ingentis pretii, & unius coloris vestitu exornavit; præter Comites, Barones, & militares viros, quos eodem cultu coloreque vestium produxit. Par mensæ, ferculorumque splendor, quæ non nisi argenteis lancibus inferebantur. Sed ea magnificentia & liberalitate diocæ-

sin Successori obaratum oppignoratamque reliquit, belli Colonienfis fomitem. Inter pietatis ac religionis monumenta posterorum etiam animis impressa, celebris est feria VI post octavam Paschatis Theophoria Colonienfis, & in hunc diem magno populorum concursu frequentata, quam Theodoricus Archiepiscopus primum instituit, ad Hussitarum hæresin, quam prius oppugnavat, Christianorum precibus extinguendam; quo die simul divinum officium de lancea & clavis, pia vulnerum Christi memoria, ac veneratione peragi voluit. Quemadmodum multa hujusmodi in synodis salubriter ab eo statuta reperiuntur. Nec ullum Archiepiscopi funus, uti id Auctor Chronici Tremoniensis describit, majori omnium ordinum comitatu Zontio deductum Coloniam, delatumque in Basilicam; ubi ante sacellum & corpora trium Regum sepulchrum ejus honoratissimo inter alios Archiepiscopos loco conspicitur.

Theophoria
Colonienfis a
Theodorico
co instituta

Ortus erat ex antiqua & celebri Morsanorum Comitum familia ad Rhenum, quorum sedes & hæreditarium castrum in Oppido Mors, quod Reinbercæ cum explicato circum comitatu objacet. Stirpem hujus familiæ Hieronymus Henninges dedit in lucem. Clarus post majores suos Fridericus Comes Morsanus, qui circa annum 1400 vixit, genuitque ex Hochstratana conjuge Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem: Henricum Monasteriensem; & Walramum primum Trajectensem postulatam, post Monasteriensem Episcopos, ac Vincentium horum fratrem, a quo stirps propagata per Joannem Comitem; huic vero, quia nulla mascula proles superfuit, per Elizabetham filiam, Wilhelmo Comiti Weidano denuptam, Comitatus cessit

Theodorici
familia.

Q99

Weidanis.

ANNA

Fraternitas
B. Virginis
in Cœno-
bio Fleche
torpenti a
Theodorico
Ep. pri-
stino vige-
ri restituitur.

Weidanis. Et hic ille Wilhelmus Comes, cujus frater Hermannus Coloniensis Archiepiscopus, & Fridericus Monasteriensis Episcopus; quorum uterque ob Lutheranam hæresin a Pontifice, ut tempore memorabitur, ex auctoratus. Sed & Wilhelmo Comiti Weidano nulla mascula proles relicta; eoque per filiam Annam, Wilhelmo Comiti Newenario datam in matrimonium, comitatus denuo Morfanus, in familiam Newenariorum Comitum transit. Sed & horum Comitum familia haud multo post extincta, Comitatus in Auriacorum potestatem venit. Ita vero veteres ac nobiles illi Comites, postquam hæresin admiserunt, una secum familias suas, tot Archiepiscopis & Episcopis illustres, sepulchro intulere. Nihil a Caroli M. ævo gloriosius, quam Comitum & nobilium filios passim deligi Archiepiscopos, Episcopos, & ex his dignitatum gradibus Electores & Imperii Principes conspici; donec tot per Saxoniam extinctis Episcopatibus, & ad Principum familias adactis, nulli jam nobilium Comitumve familiae ex his Episcopum ac Principem Imperii amplius per electionem sperare fas sit.

Obitus
Gerhardi
Hojani Archiep.
Brem.
mensis.

Alter Metropolitanus, quem hic annus feria quarta Paschatis e vita mortalium extulit, fuit Gerhardus Comes Hojanus Bremensis Archiepiscopus, vir. ut auctor Chronici Slavici perhibet, simplicis & candidæ indolis, pacisque per omnem vitam studiosissimus; qui nec turbis Osnabrugensibus, nec bello Monasteriensi, nec aliis, quæ Hojani Comites gessere, se miscuit. Tres tum simul Hojani Episcopi, Gerhardus Bremensis, Albertus Mindensis, & Ericus Osnabrugensis, parum frugi. Fraterne Gerhardus fuerit Erixi & Alberti Episcopi, an patruus, incompertum habeo; quod a Reusnero

& aliis in stirpe Hojanorum prætermisus.

Admiratur Crantzius nihil quoque Gerhardum Archiepiscopum tentasse in repetendo Delmenhorstio; id enim castrum in conspectu urbis Bremensis positum una cum oppido & toto dominio primum Bremensi Ecclesiæ 6000 marci oppignorum, deinde ab Otone Oldenburgensi Comite, postquam Nicolaus ejus filius Bremensis Archiepiscopus delectus fuit, Bremensi Ecclesiæ transcriptum. Sed neque post Balduinus, Nicolai successor; neque Gerhardus Hojanus, qui Balduino subrogatus, nobile illud patrimonium Ecclesiæ suæ, quod jam Oldenburgici Comites invaserant, & pro quo tum Gerhardus & Mauritius fratres Oldenburgici Comites decertabant armis, unquam repetere comperti sunt: seu id Cæsaris auctoritate; seu inter partes transactum fuerit. Fatetur Crantzius in obscuro relictum. Sane quæ Hamelmannus in hanc rem adfert, magnus Oldenburgicorum patronus scriptor, non expediunt controversiam.

Gerardo Archiepiscopo datus Successor Canonorum suffragiis Henricus Comes Schwartzbergius, fulgentissimus ea tempestate Episcopus; quem mox ab electione quindecim Germaniæ Principes cum ingenti procerum & vasallorum multitudine in urbem & Basilicam introducere, rara profecto inaugurationis magnificentia. Tam spectatæ virtutis sub ingressum Episcopus; quem triennio ab hinc Monasteriensium quoque Episcopum in locum Henrici Morfani delectum memorabimus. Is exinde utrumque amplissimum Episcopatum admirabili prudentia, fortitudine & felicitate administravit.

Gerardo
Canonico
suffragiis
Henricus
Comes
Schwartzbergius.



ANNA-